

Eugen IV.

Transkription von **PL 647**, fol. 170r-188v (ohne die dort enthaltenen Marginalien).

OT = *Regulae cancellariae apostolicae*. Die päpstlichen Kanzleiregeln von Johannes XXII. bis Nikolaus V., gesammelt und herausgegeben von Emil von OTTENTHAL, Innsbruck 1888, Neudruck Aalen 1968, S. 255-268.

In doppelt vorkommenden OT-Nummern sind Unterschiede grau markiert.

ME 1-46 ungedruckt, sofern kein Druckort angegeben.

Die im Mikrofilm von **VL 4990** verdunkelten Stellen, sofern sie OT-Nummern betreffen, kollationiert.

Regule Eugenii quarti^a

^a Regule - quarti *PL 647* schon vor **OT 1**

Et primo de reservationibus^a

^a Et - reservationibus *PL 647*

OT 1. Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Eugenius papa quartus divina disponente clementia in sacram Petri sedem assumptus ad bene agendum tribuens normam in crastinum eiusdem assumptionis, videlicet IIII nonas martii anno a nativitate domini millesimo CCCCXXXI¹, fecit, constituit, creavit et ordinavit reservationes, constitutiones et regulas infrascriptas etiam ab eadem die IIII nonas martii² vigorosas, validas et observandas a suo tempore dumtaxat duraturas, quas ego Blasius³ patriarcha Gradensis Cancellariam sancte Romane ecclesie de mandato domini nostri regens in eadem Cancellaria et Audientia publica litterarum contradictarum publicari feci⁴ eodem mandato, ut est moris^a.

¹ 1431 März 4.

² 1431 März 4.

³ Blasius de Molino.

⁴ Vgl. den Zusatz zu Nr. 102.

^a Layoutendnote

OT 1a. In primis fecit similes reservationes illis, que in constitutione felicis recordationis Benedicti pape XII, que incipit „Ad regimen“¹, continentur, etiamsi officiales inibi expressi

¹ = Benedikt XII. **Nr. 35B**

ante ipsorum obitum ipsius sedis officiales esse desierint, ille videlicet, qui tempore officialatus huiusmodi obtinuerunt, nec non beneficia, que per constitutionem felicis recordationis Iohannis pape^a XXII, que incipit „Execrabilis“², vacare contigerit.

² = Johannes XXII. Nr. 67B.

^a pape fehlt PL 647

OT 2. Item reservavit specialiter omnes ecclesias patriarchales, archiepiscopales, episcopales nec non omnia monasteria virorum valorem ducentorum florenorum auri^a communi extimatione excedentia, quotienscumque illis uti voluerit.

^a auri fehlt PL 647

OT 3. Item reservavit generaliter dispositioni sue omnes dignitates maiores post pontificales in metropolitanis et cathedralibus ac principales in collegiatis ecclesiis ac prioratus, preposituras et prepositatus, dignitates conventuales et preceptorias generales ordinum quorumcumque non tamen militarium^a nec non quecumque beneficia, que sui et sancte Romane ecclesie viventium et qui erunt suo tempore cardinalium familiares continui commensales obtinent et in posterum obtinebunt, etiamsi a familiaritate per obitum cardinalis vel alias recesserint, illa videlicet, que durante familiaritate obtinebunt, et illa, in quibus eis tunc ius competit.

^a PL 647 folgt et **bistaden.?** manu propria

OT 4. Item reservavit omnia beneficia subcollectorum fructuum et proventuum Camere apostolice debitorum, illorum videlicet, qui suo tempore officium exercebant, ita quod unius dumtaxat subcollectorum in una diocesi beneficia censeantur reservata.

OT 5. Item reservavit omnia beneficia etc. quorumcumque curialium, qui, cum curia de loco ad locum transferetur, sequuntur eandem vel remanent(es) infirmi, quantumcumque locus ipse remotus fuerit, illos rebus eximi contigerit ab humanis^a.

^a Layoutendnote

OT 6. Item declaravit omnium et singulorum cathedralium ecclesiarum et monasteriorum provisiones, quas felicis recordationis Martinus papa quintus eius predecessor ordinationi

et dispositioni sue, nec non omnia beneficia ecclesiastica, que dictus predecessor etiam dispositioni prefate cum interpositione decreti reservaverat, que quidem ecclesie et monasteria nec non sic reservata beneficia tempore obitus dicti predecessoris vacabant, aut ecclesie et monasteria huiusmodi, si commendata vel eis administratores deputati non fuissent, etiam tunc vacassent, remansisse et remanere per huiusmodi reservationem et decretum affecta nullumque de illis preter Romanum pontificem ea vice se intromittere vel disponere potuisse sive posse quoquo modo, decernens irritum et inane, si secus de illis attemptatum forsitan erat tunc vel in posterum contigerit attemptari.

Placet et ponatur in libro Cancellarie, Gabriel¹.

¹ Gabriel Condulmer = Eugen IV.

Fehlt PL 647.

OT 6a. Item, cum alias per nos fuerat declaratum omnia beneficia ecclesiastica per felicis recordationis Martinum papam V predecessorem suum reservata. Item declaravit omnium et singulorum cathedralium ecclesiarum et monasteriorum provisiones, quas felicis recordationis Martinus V eius predecessor ordinationi et dispositioni sue, nec non omnia beneficia ecclesiastica, que dictus predecessor etiam prefate dispositioni cum interpositione decreti reservaverat, que quidem ecclesie et monasteria nec non sic reservata beneficia tempore obitus dicti predecessoris vacabant aut ecclesie et monasteria huiusmodi, si commendata vel eis administratores deputati non fuissent, etiam tunc vacassent, remansisse et remanere per huiusmodi reservationem et decretum affecta nullumque de illis preter Romanum pontificem ea vice se intromittere vel disponere potuisse sive posse quoquo modo, decernens irritum et inane si secus super illis attemptatum forsitan erat tunc aut in posterum contigerit attemptari (= folgt kürzere Wiederholung von Nr. 6) et aliquibus in dubium revocetur, an sub illis verbis „dispositioni apostolice“ includantur beneficia per eundem dominum Martinum dispositioni sue reservata, cum tamen sane intelligentibus talis probatio non sit probabilis, quia omnis dispositio pape est dispositio apostolica, cum papa apostolicus nominetur, et quia, si dicta verba „sedi apostolice reservata“ includerent dumtaxat beneficia sedi apostolice reservata, declaratio fuisset frustratoria, cum omnes sciant beneficia per papam sedi apostolice reservata et post mortem pape reservata, quia licet cum papa moriatur, sedes non moritur. Volentes tamen predicte dubitationis materiam amputare^a, tenore presentium declaramus omnia beneficia ecclesiastica etiam dispositioni prefati predecessoris nostri reservata in dicta declaratione nostra comprehendi et includi debere et debuisse esse reservata, decernentes irritum et inane, si secus super hiis scienter vel ignoranter contigerit attemptari.

^a *Folgt nochmals dubitationis*

De expeditione litterarum apostolicarum et expeditione litterarum earundem^a (!)

^a De - earundem PL 647

De expectativis^a

^a De expectativis PL 647

OT 7. Item voluit, quod concessa per predecessorem suum et de illius mandato expediantur in forma „Rationi congruit“ iuxta constitutiones et regulas, ut est moris.

OT 8¹ 1. Fassung. Item sanctissimus dominus noster dominus Eugenius papa quartus multorum supplicationibus pulsatus nolens discedere a vestigiis predecessorum suorum maxime circa ea, que favorem pauperum clericorum merito respiciunt, intendit videlicet sub data VIII kalendas maii proxime futur^(as)² cum continuatione dierum sequentium, gratias expectativas per eum signandas sub modis, formis et regulis inferius descriptis per Cancellariam apostolicam expediri, **revocando** ex certa scientia quascumque gratias expectativas, nomination(um) facultates per felicis recordationis Martinum papam V eius predecessorem **ac earum extension(es)** sub quacumque data et verborum forma quibusvis personis concessas iuxta tenorem litterarum suarum desuper confectarum^a.

¹ OT 8-11 sind mit Verweiszeichen am unteren Rand von fol. 170v und 171r nachgetragen.

² (1431) April 24.

^a *Layoutendnote*

OT 9¹ 1. Fassung. Item, **cum** prefatus dominus noster non **intend(at)** alicui religioso ex certa scientia **facere gratias** expectativas, vult et mandat, quod per quamcumque signaturam in **rotulis** aut seorsum super huiusmodi **gratiis** factam littere in Cancellaria desuper non expediantur et, si que expedite fuerint, nullius sint roboris vel momenti, nisi per signaturam **earundem** huic regule expresse derogetur^a.

¹ OT 8-11 sind mit Verweiszeichen am unteren Rand von fol. 170v und 171r nachgetragen.

^a PL 647 Sequuntur alie regule secundum et ad dictum sui

OT 10¹ 1. Fassung. Item, quod^a in partibus ultramontanis ultra maiorem dignitatem post pontificalem in cathedralibus et principalem in collegiatis ecclesiis, ut sunt decanatus aut dignitates alio nomine appellate, quorum rectores immediate presunt capitulis et illorum curam habent, voluit, quod decanatus aut dignitates huiusmodi non maiores et principales sub gratiis expectativis in dictis partibus nullatenus comprehendantur, nisi habentes tales gratias sint magistri aut licentiati in altero iurium^b vel magistri in medicina seu artibus, qui post gradum magisterii in artibus per triennium in aliqua ex dictis facultatibus studuerint.

¹ OT 8-11 sind mit Verweiszeichen am unteren Rand von fol. 170v und 171r nachgetragen.

^a quod VL 4990 quod

^b licentiati in altero iurium VL 4990 altero iurium licentiati

OT 11¹ 1. Fassung. Item voluit, quod, si aliqui in expectativis vel aliis gratiis petant statutis, privilegiis et consuetudinibus ecclesiarum, quibus cavetur, quod nullus inibi, ubi de minoribus prebendis ad potiores sive maiores prebendas per optionem ascendat seu non nisi graduati certorum graduum vel legitimi in eisdem ecclesiis^a recipi non valeant, derogari, littere cum clausula derogationis huiusmodi nullatenus expediantur, nisi signatura domini nostri huiusmodi hoc importat expresse vel ad partem concedatur clausula antedicta, nec clausule generales derogatorie in gratiis huiusmodi poni consuete derogent seu preiudicent huiusmodi statutis, privilegiis et consuetudinibus.

¹ OT 8-11 sind mit Verweiszeichen am unteren Rand von fol. 170v und 171r nachgetragen.

^a PL 647(b) folgt reperti

OT 12. Item voluit, quod in litteris apostolicis nulla supplicantium pro alio nisi dominorum cardinalium, regum, reginarum nec non prelatorum seu, ad quorum collationem spectaret aliquod beneficium, fiat mentio.

OT 13 1. Fassung. Item voluit, quod petenti sibi in genere ad diversorum collatorum collationem etc. de beneficiis ac diversarum ecclesiarum canonicatibus et prebendis ac dignitatibus etc. provideri datur optio impetranti eligendi collationem vel ecclesiam, quam voluerit.

OT 14. Item voluit, quod in expectativis gratiis post pontificales maiores et principales dignitates excipiantur et prioratus ac dignitates conventuales nec non preceptorie generales.

OT 15. Item voluit, quando petitur ad summam excessivam in gratiis expectativis, quod tunc dicatur in litteris „Secundum communem extimationem“ et non „Decime taxationem“.

OT 16. Item voluit, quod in litteris apostolicis super gratiis expectativis ad canonicatus et prebendas cum prestimoniis aut ferculis vel supplementis ratione loco „Cum“ non ponatur „Et“ seu singularum locutio in pluralem commutetur vel e converso.

OT 17. Item placuit, quod omnes et singuli obtinent(es) beneficia XXIIII librarum vel similis monete communi extimationi va(lorem) an(nuum) et etiam non habentes possessionem^a beneficiorum, in quibus se asserunt ius habere vel super quibus litigant, cuiuscumque valoris annui existant et fuerint, quem non teneantur exprimere, possint in communi forma pauperum litteras impetrare, ita quod per assecutionem alterius alia dimittere teneantur.

^a possessionem *PL 647* possessionum

OT 18. Item voluit, quod graduati impetrantes in communi forma possint habere duas litteras et taxam forme specialis.

OT 20. Item voluit et concessit clericos in communi forma pauperum extra suas provincias posse collocari, si ibidem moram traxerint per sex annos.

OT 19. Item voluit, quod doctores in iure canonico vel civili et in theologia vel medicina et, qui per aliquos annos rexerunt et legerunt, in artibus magistri seu in aliquo dictorum vel theologia licentiati, si cum rigore examinis licentiam receperint, et baccalarii in theologia ratione gratiarum eis fiendarum non examinentur.

OT 21. (1) Item voluit, quod pauperes clerici beneficiandi iuxta illorum sufficientiam sic debent collocari: tria bene; duo bene et unum competenter; duo bene et unum debiliter; duo competenter in lectura et constructione et unum male in cantu.

(2) Item per totam Hispaniam et Vasconiam bene legit, competenter construit, nihil cantat, et illi habeant ad unus; tria competen(ter) ad beneficia cum cura, sed ad beneficia sine cura habeant duo competen(ter), etiamsi unum sit in cantu.

OT 22. Item voluit, quod, quando supplicatio vel rotulus signatus fuerit per „Fiat, ut petitur“, in Italia duo beneficia et due collationes, ita tamen quod supplicans vigore gratie huiusmodi non possit habere canonicatum et prebendam nisi in una ecclesia cathedrali et aliud extra, in partibus vero Gallicanis, Hispaniarum, Alamanie, Bohemie, Ungarie, Polonie, Anglie, Scotie unum beneficium et due collationes, familiaribus vero domesticis continuis commensalibus reverendissimorum dominorum cardinalium de dat(a) VI kalendas maii proxime futuro¹, qui saltem sex menses ante vel post suis servitiis actu et sine fraude insistentibus due collationes et duo beneficia nec non canonicatus et prebenda ac dignitas, personatus, perpetua administratio vel officium in cathedralibus vel collegiatis ecclesiis veniant, si^a petantur, quodque canonicatus et prebenda cum prestimoniis, prestimonialibus portionibus, oblegiis, additamentis, ferculis, supplementis unius ipsius ecclesie canonici vancan(tibus) seu vacatur(is), quorum fructus etc., si doctor vel licentiatus in aliquo iurium cum rigore examinis aut in theologia formatus baccalarius impetrans fuerit, LX, aliis XXX librarum Turonensium parvorum vel tantundem in alia moneta secundum taxationem decime non excedant, pro uno beneficio computentur.

¹ 1431 April 26.

^a si PL 647 se

OT 23. Item voluit, quod per signaturas rotulorum vel supplicationum expectatarum non censeantur concessa beneficia vacantia vel aliqua alia ipsis rotulis vel supplicationibus inserta.

OT 24. Item voluit, quod pro magistris, licentiatis ac baccalariis formatis in theologia, doctoribus in iure canonico vel civili et magnis nobilibus congrue^a latinum scientibus detur ad unum beneficium cuiuscumque taxe.

^a congrue PL 647 congruenter

OT 24a. (1) Item voluit, quod magistri in medicina et iure canonico vel civili licentiati habeant in partibus, ubi antiqua taxatio decime ad medietatem eiusdem taxationem est reducta, si cum cura, LXXX, si vero sine cura, LX et in^a non reductis, si vero cum cura, centum et viginti, si vero sine cura fuerit, LXXX librarum Turonensium parvorum secundum taxationem decime.

(2) Item, quod in theologia non formati magistri in artibus et in iure canonico vel civili baccalarii ac in medicina licentiati in reductis, si cum cura, LX et, si sine cura fuerit, XL, in aliis autem, si cum cura, centum et, si sine cura, LXX librarum Turonensium secundum taxationem decime habeant.

(3) Item, quod ceteri seculares habeant in locis reductis, si cum cura, XL et, si sine cura, XXX et in non reductis, si cum cura, LX et, si sine cura, XL librarum.

(4) Item, quod regulares non graduati in locis reductis habeant LX et in non reductis LXXX librarum similibus secundum taxationem decime.

(5) Item in Almania, Scotia, Hibernia detur secularibus non graduatis, si cum cura, XXV et, si sine cura fuerit, XVIII, regularibus vero XXX marcharum argenti secundum taxationem decime.

(6) Item in Italia dentur beneficia, si cum cura, LX, si vero sine cura fuerint, XL florenorum auri.

(7) Item, quod in communi forma pauperum dentur in locis Gallicanis reductis, si cum cura, XXX et, si sine cura, XXV et in non reductis, si cum cura, L et, si sine cura, XXX florenorum, in Hispania vero et Aragonia, si cum cura, XL et, si sine cura, XXV librarum, in Almania, si cum cura, XX et, si sine cura, XV marcharum, in Anglia autem, si cum cura, XXX et, si sine cura XX marcharum argenti.

^a in *fehlt PL 647*

Grau markiertes auch in ME 18.

OT 25. Item voluit, statuit et ordinavit, quod in partibus ultramontanis nulli detur in gratiis expectativis ad canonicatus et prebendas ecclesiarum cathedralium nisi magistris in theologia, doctoribus vel cum rigore examinis in iure canonico vel civili licentiatis aut baccalariis formatis in theologia, in artibus, qui per biennium rexerunt vel tam diu post gradum studuerunt, seu in medicina magistris aut in altero dictorum iurium, qui per sex annos in illis studuerunt, baccalariis vel nobilibus singulis tamen hiis legitime natis. Illis vero, qui petierint de canonicatibus sub expectatione^a prebendarum ecclesiarum cathedralium, in quibus admitti non possit obstant(te) ordination(e) huiusmodi, detur de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, etiamsi canonicatus et prebenda alterius quam cathedralis ecclesie existat, si capaces fuerint, ad collationem etc. episcopi et capituli, canonicorum et personarum ecclesie, in qua petebant admitti, aliis graduatis detur ad dignitates, personatus

et officia in ecclesiis collegiatis. Noluit tamen hec ad cathedrales ecclesias in regnis Dacie, Suetie, Norwegie ac in Hibernia consistent(tes) extendi.

^a expectatione PL 647 expectativis

OT 26. Item voluit, statuit et ordinavit, quod magistri, licentiati, baccalarii formati in theologia, doctores vel cum rigore examinis licentiati, baccalarii in altero iurium, qui baccalarii per VI annos, nec non in medicina et artibus magistri, qui per triennium post eorum gradus susceptionem studuerunt in studio generali, gratias expectativas ad canonicatus et prebendas, dignitates, personatus vel officia in metropolitanis seu cathedralibus ecclesiis ultramontanis habentes in assecutione canonicatum et prebendarum, dignitatum, personatum vel officiorum huiusmodi omnibus aliis sub pari vel maiori dat(a) gratias habentibus preferantur, consanguineis pape, cardinalium, regum et magnorum principum^a, magnis nobiles et apostolice sedis officialibus exceptis^b.

^a consanguineis - principum *fehlt PL 647*

^b PL 647 folgt *Verweiszeichen und Hic deficit una regula*

OT 27¹ 1. Fassung. Item voluit, quod magistri ac baccalarii formati in theologia, doctores vel licentiati cum rigore examinis in altero iurium in assecutione parochialium habentium communi extimatione, que secundum famam^a publicam attenditur, due milia communicantium vel plures vigore gratiarum expectatarum omnibus aliis in pari vel maiori data preferantur.

¹ OT 27 und ME 18 mit *Verweiszeichen am oberen Blattrand nachgetragen.*

^a famam PL 647 formam

ME 18¹ 1. Fassung. Item voluit, quod qui petierunt de canonicatibus sub expectatione prebendarum ecclesiarum cathedralium, in quibus admitti non possunt obstant(tibus) privilegiis, statutis et consuetudinibus etc., detur de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, etiamsi canonicatus et prebende alterius quam cathedralis ecclesie existat, si capaces fuerint, ad collationem episcopi, capituli, canonicorum et personarum ecclesie, in qua petebant admitti etc.^a

¹ OT 27 und ME 18 mit *Verweiszeichen nach OT 26 am oberen Blattrand nachgetragen.*

^a *Layoutendnote*

OT 28. Item voluit, quod in gratiis expectativis singuli impetrantes exprimant beneficia, que obtinent, et eorum verum valorem communi extimatione, alioquin gratie sint nulle.

OT 29. Item voluit, quod non detur clausula generalis^a „Ratione dignitatum etc. que extra ecclesiam petitam obtinent“.

^a generalis fehlt PL 647

OT 30. Item voluit, quod non dentur gratie expectative super domibus leprosorum, hospitalibus pauperum et aliis piis locis et officiis laicis assignari solitis ac claustralibus officiis.

OT 31. Item voluit et ordinavit, quod nullus vigore gratie expectative acceptare possit beneficium vacans nisi desuper expeditis litteris, alioquin acceptatio et inde secuta sint nulla nec alicui alteri talis acceptatio prestat impedimentum.

OT 32. Item, quod nullus expectativam gratiam extra suam nationem in aliqua civitate vel diocesi impetret, nisi idioma ibidem commune intelligat, si diversa inibi idiomatata sint, aliquod eorum intelligat, alias huiusmodi gratia nullius sit roboris vel momenti.

Publicatum fuit in Cancellaria, die IIII mensis octobris anno primo^{a1}.

¹ 1431 Oktober 4.

^a Layoutendnote

OT 33. Item voluit, quod non expediantur littere ad collationem etc. de Urbe, de Bononia¹, de Venetiis² Castellane diocesis, de Padua³, Vincentia⁴ et Verona⁵, nisi sub sua expressa signatura, ac etiam ad collationem Tervisini⁶ episcopi etc.^a

¹ Bologna, Emilia Romagna, Italien

² Venedig, Veneto, Italien.

³ Padua, Veneto, Italien.

⁴ Vicenza, Veneto, Italien.

⁵ Verona, Veneto, Italien.

⁶ Treviso, Veneto, Italien.

^a Layoutendnote

De vacantibus et vacaturis certis modis^a

^a De - modis PL 647

OT 34. Item voluit, quod per simplex „Fiat“ non veniant receptio secularis clerici in monachum vel canonicum regularem et provisio prioratus, administrationis, officii vel alterius beneficii regularis, sed dumtaxat receptio, si sit idoneus.

OT 35. Item, si regularis petat sibi provideri de beneficio dependen(t) ab alio monasterio, licet non petat se transferri seu dependentiam exprimat debite, non minus mandabitur per litteras transferri ad ecclesiam vel monasterium, ubi beneficium petitum consistit, etiam cum expressione dependen(tie) unius ab alio, prout expedierit impetran(t)i.

OT 36. Item voluit, quod in litteris super beneficiis vacantibus per constitutionem „Execrabilis“¹ ponatur clausula „Si est ita“, similiter de quibuscumque narratis information(em) facti requirentibus^a.

¹ = Johannes XXII. Nr. 67B.

^a Layoutendnote

OT 37. Item, si reservetur beneficium per contractum matrimonii, non dentur alii modi vacationum de futuro nec censeatur beneficium reservatum specialiter vel affectum, nisi sequatur matrimonium, sed in <beneficiis> per promotionem vel assecutionem vacatur(is) ponatur clausula „Premisso vel alio quovis modo preterquam per obitum obtinentis vacare contigerit, etiamsi vacat“ etc.

OT 38. Item, quod non dentur littere super beneficiis vacaturis per ingressum religionis, nisi tempore date petitionis fuerit religionis ingressus.

OT 39. Item petenti sibi provideri de vacaturo dentur littere de vacantibus et e^a converso, si expedierit impetranti.

^a e fehlt PL 647

OT 40. Item, quod in litteris unionum ponatur clausula, quod talis unio gratias expectativas non possit impedire seu quod ille ad unionem nullatenus se extendant.

OT 41. Item detur habitatio petenti sibi provideri de beneficio, dummodo constet ex narratis petition(is) petentem fore inhabilem.

OT 42. Item voluit et ordinavit, quod, quando providet seu mandat alicui provideri de beneficio vacante, quod talis provisio subsequatur, quocumque modo ad ipsam pertineat, etiamsi per constitutionem „Execrabilis“¹ vel alias vacaverit et specialiter reservatum, devolutum seu litigiosum inter alios fuerit, alias lis specificetur et, si beneficium esset generaliter reservatum, tunc non intendit providere nec providet, nisi in supplicatione de generali reservatione specialis et expressa ac dispositive, pure et non sub conditione mentio habeatur, quo habito singuli reservation(um) et alii vacationum modi committentur^a, et, si de reservationis modo^b requiratur probatioque nequeat in litterarum expeditione haberi, ponatur in litteris^c clausula „Etiamsi talis subcollector vel abbreviator etc. fuerit, dummodo non sit alteri specialiter ius quesitum“.

¹ = *Johannes XXII. Nr. 67B.*

^a committentur *PL 647 continentur*

^b modo *VL 4990 non*

^c in litteris *fehlt VL 4990*

OT 43. DE QUALITATIBUS BENEFICIORUM EXPRIMENDIS^a.

Item voluit, quod in petitionibus super beneficiis ecclesiasticis de ipsorum beneficiorum qualitatibus, videlicet an dignitates, personatus vel officia sint eisque cura immineat animarum et ad illa consueverint^b qui per electionem assumi, vel duabus ex illis mentio habeatur, alias gratie desuper facte sint nulle et, dum qualitates huiusmodi affirmative seu conditionaliter non exprimantur, negativa fiat expressio in beneficiis^c, quibus tales qualitates seu ex eis alicue inesse consueverunt.

^a De qualitatibus beneficiorum exprimend(is) *PL 647, VL 4990*

^b consueverint *PL 647 consueverunt*

^c beneficiis *VL 4990 beneficio*

OT 44. Item declaravit idem dominus noster, quod libra Turonensium parvorum pro floren(o) auri de Camera computari debeat et extimari et unum pro reliquo habeatur et solvatur in concessionibus et impetrationibus quibuscumque.

OT 45. Item voluit, quod in gratiis de beneficiis vacantibus seu certo modo vacaturis quibusvis personis pro tempore factis illorum et quorumcumque aliorum beneficiorum, que dicte persone obtinebunt seu de quibus eis fuerit provisum seu concessum aut mandatum provideri, verus valor annus exprimatur^a secundum communem estimationem, nisi motu proprio gratie fiant vel beneficia, que obtinent seu in quibus eis ius competit, dimittantur, quodque dictus valor per marchas argenti aut sterlingorum seu librarum Turonensium parvorum vel per florenos seu ducatos aut uncias auri seu argenti vel alterius monete exprimantur, alioquin ipse gratie sint nulle.

^a exprimatur *PL 647* extimatur

OT 46. Item voluit, quod super aliquo beneficio de iure patronatus laicorum non expediantur littere, nisi ponatur expresse, quod tale beneficium tanto tempore vacaverit, quod eius collatio ad sedem apostolicam est devoluta vel ad id assensus patronorum accedat.

OT 47. Item voluit, quod impetrans beneficium vacans per obitum familiaris cardinalis tenebitur exprimere nomen et titulum^a cardinalis et, si idem cardinalis in curia fuerit, illius accedat assensus, alias gratia sit nulla.

^a titulum *fehlt PL 647*

OT 48. Item voluit, quod, si petatur aliquod beneficium per obitum vel alio modo vacans in Cancellaria exprimendo, nihil impetratur nec littere expediantur.

De dispensationibus et indultis^a

^a De - indultis *PL 647*

OT 49. Item declaravit, quod non est intentionis sue dispensare in aliquo gradu consanguinitatis vel affinitatis aut alias prohibito, si mulier rapta fuerit, decernens irritum, quidquid in contrarium attemptetur.

OT 50. Item voluit, quod in dispensationibus super defectu natalium, quod possit succedere in bonis temporalibus, ponatur clausula, quod non preiudicetur illis, ad quos successio bonorum ab intestato pertinere debeat.

OT 51. Item voluit, quod per nullam signaturam aliqua petita dispensatio veniat, nisi expresse signetur vel nisi gratia huiusmodi totaliter concerneret actum dispensationis seu alias ipsa gratia de aliquo sine dispensatione operari non possit.

OT 52. Item voluit, quod super defectu natalium dentur graduatis seu de magnis nobilibus genitis per simplicem signaturam quattuor, etiamsi canonicatus et prebende cathedralium seu collegiatarum, et per „Fiat, ut petitur“ ultra hec dignitates etiam maiores et principales, aliis vero per „Fiat“ tria et per „Fiat, ut petitur“ quattuor, si petantur, dummodo canonicatus et prebende cathedralium ecclesiarum vel dignitates non existant.

OT 53. Item voluit, quod super obtinendis incompatibilibus beneficiis in theologia magistris, in iure canonico vel civili doctoribus et illis cum rigore examinis ac in eadem theologia licentiatis aut formatis baccalariis ac magnis nobilibus per „Fiat“ quinquennium et addito „Ut petitur“, quoad vixerint ad duo incompatibilia quecumque, aliis vero per „Fiat“ biennium et addito „Ut petitur“ triennium, dummodo non sint due dignitates maiores post pontificales seu principales aut due parochiales ecclesie vel tales mixta, cum potestate permutandi, si petatur, ita tamen quod ad duas parochiales ecclesias simul obtinen(dum) nemini ex predictis ultra annum dispensatio suffragetur. Officiales autem sedis apostolice taliter non graduatos in hiis et in aliis obtinend(is) gratiis prefatis licentiatis declaravit equiparandos.

OT 54. DISPENSATIO DE NON PROMOVENDO AD ORDINES SACROS^a.

Item voluit, quod petentibus secum dispensari, ut ratione beneficii non teneantur se facere promoveri, in Romana curia vel studio per „Fiat“ septennium, aliis vero residen(tibus) ex quacumque signatura detur quinquennium, dummodo infra annum a tempore date dispensationis huiusmodi in subdiaconatus ordinem sint promoti.

^a Dispensatio - sacros *PL 647; VL 4990* Dispen(satio) de non promov[endo]

OT 55. Item voluit, quod de fructibus in absentia percipiendis detur in Romana curia vel studio resident(ibus)^a per quamcumque signaturam septennium^b et in altero beneficiorum quinquennium.

^a resident(ibus) *VL 4990* residendo

^b septennium *PL 647 VII^{nium}*

De indulgentiis^a

^a De indulgentiis *PL 647, VL 4990*

OT 56. Item voluit, quod in litteris indulgentiarum solum dentur festa per Cancellariam dari solita et quod durent per XX annos, nisi petatur pro uno die, et tunc durent perpetuo.

OT 57. Item voluit, quod, in litteris indulgentiarum ponatur, quod, si ecclesie vel capelle seu alias aliqua indulgentia fuerit per ipsum concessa, de qua inibi non est facta mentio specialis, littere sint nulle.

OT 58. Item voluit, quod littere non expediantur super indulgentiis concessis ad instar, nisi specificentur.

OT 59. Item voluit, quod per „Fiat“, si ecclesia cathedralis vel insignis collegiata aut sollemne monasterium fuerit, tres, alioquin duo anni et totidem quadragene et per „Fiat, ut petitur“ cathedrali, collegiate vel monasterio quattuor, aliis vero tres anni dentur, pro singulis vero diebus octavarum centum dies apponantur

De diversis formis^a

^a De - formis *PL 647*

OT 60. Item, de mendicantibus, qui ad alios ordines transierunt pro tempore, voluit constitutionem Martini pape quinti predecessoris sui desuper factam et in libro Cancellarie descriptam¹ firmiter observari^a.

¹ = *Martin V. ME 53.*

^a *Layoutendnote*

OT 61. Item voluit, quod etas XIII annorum requiratur in canonicatibus et prebendis cathedralium ecclesiarum obtinen(dis), sed cuiquam in minori etate gratia desuper pro tempore facta sit nulla.

OT 62. Item voluit observari reductionem taxationum decime per felicis recordationis Urbanum V et Gregorium XI Romanos pontifices predecessores suos^a in certis provinciis per eos expressis factam¹.

¹ = Urban V. Nr. , Gregor XI. Nr.

^a suos fehlt PL 647

OT 63. Item voluit, quod, si contingat ipsum alicui persone providere de parochiali ecclesia seu mandare provideri seu gratiam expectativam concedere, quod, nisi dicta persona intelligat et intelligibiliter loquatur idioma loci, ubi ecclesia huiusmodi consistat, provisio seu mandatum et gratia sint nulla.

OT 64. Item examen ad partes non committatur, si tempore signationis supplicationis impetrans erat infra duas dietas legales a curia Romana constitutus, sed in curia examinentur.

OT 65. Item, si quis supplicet sibi provideri de beneficio tamquam per obitum alicuius licet viventis vacante et postmodum per eiusdem obitum vacaverit, provisio denuo eidem supplicanti per obitum facta sit nulla.

OT 66. Item voluit idem, quod^a in litteris super concessione^b officii tabellionatus ponatur nomen clerici in salutatione et in forma iuramenti ponatur „Clerico non coniugato nec in sacris ordinibus constituto“.

^a quod fehlt PL 647

^b concessione PL 647 commissione und darüber nachgetragen alias concessione

OT 67. (1) Item voluit, quod petentes beneficia ecclesiastica aliis uniri teneantur exprimere verum valorem secundum communem estimationem tam beneficii uniendi quam illius, cui uniri petitur, alioquin unio non valeat. Et semper in unionibus fiat commissio ad partes oneran(do)^a conscientias, coram quibus committentur. Item idem dominus noster voluit, quod sequitur^b.

(2) Item (!) voluit observari in confirmationibus unionum factarum.

^a oneran(do) PL 647 evarean(do)

^b Item - sequitur PL 647 nachgetragen

OT 68. Item, si committatur alicui beneficii resignationis receptio, ponatur clausula „Attente, quoque provideas“ etc. et, si ex causa permutationis resignationes fiant, ponatur clausula „Quod neutri permutantium ius acquiratur, nisi quilibet ipsorum ius habuerit in beneficio per ipsum taliter resignato“.

OT 69. Item voluit et ordinavit, quod super resignatione cuiuscumque beneficii ecclesiastici seu cessione iuris cuiquam in illo quomodolibet competent(is) per quemquam in manibus suis vel predecessoris sui quomodolibet pro tempore facta littere apostolice expediri nequeant, nisi resignans, si presens fuerit in curia personaliter, alioquin per procuratorem suum ad hoc specialiter constitutum, in eadem Cancellaria expeditioni expresse consenserit et iuraverit, ut moris est, alias littere sint nulle, quodque nulle littere assignationis pensionis annue super fructibus alicuius beneficii expediantur, nisi de consensu illius, cui in beneficio ius competit, alias sint nulle, etiamsi motu proprio assignatio fieret^a.

^a fieret *PL 647* fiat; *folgt Verweiszeichen und am Rand* Require in fine post bullam revocationis gratiarum (= **OT 109**)

OT 70. Item voluit, quod in litteris de^a recipiendis clericis vel puellis in ecclesiis vel monasteriis regularibus ponatur clausula „Si sit idoneus vel idonea et aliud canonicum non obstat impedimentum^b“ fiatque mentio de certo numero canonicorum vel monachorum in supplicatione, cui non derogetur, nisi expresse concedatur. Et si certus numerus non existat, ponatur „Dummodo ecclesia vel monasterium ex receptione nimium non gravetur“.

^a de *fehlt PL 647*

^b impedimentum *fehlt PL 647*

OT 71. DE DAT(A) PONEN(DA) IN LITTERIS^a.

Item voluit, quod super petitionibus per „Fiat“ vel per „Concessum“ signatis et non datatis expediantur littere sub dat(a) diei, qua ponuntur in Cancellaria, nisi dat(a) sit petita vel^b verisimiliter possit constare ex supplicatione, quod dominus noster voluerit sub prima data expedir(i). Et si dubium fuerit, consulatur papa.

^a De dat(a) ponen(da) in litteris *VL 4990*

^b vel *PL 647* et

OT 72. DE ACCEPTATION(E) PROVISION[UM] ET INSINUATIONE FACIEND(A) IN GRATIIS ETC.^a

Item voluit et ordinavit, quod quicumque vigore gratiarum expectatarum acceptaverint beneficia ecclesiastica sub gratiis ipsis comprehensa, teneantur infra unius mensis spatium a tempore huiusmodi acceptationis computandum de illis per executores vel subexecutores sibi facere provideri etc.^b, alioquin lapso dicto mense huiusmodi acceptationes et quecumque inde secuta quoad numerum et qualitatem beneficiorum acceptatorum sint cassa et irrita nulliusque roboris vel momenti. Preterea infra alios tres menses immediate sequentes teneantur acceptationes et provisiones sic factas in loco beneficiorum publicare^c, alias gratie quoad hoc ac acceptationes et provisiones huiusmodi sint nulle, quodque curiales in Audientia contradictarum vel Cancellaria apostolica etc. huiusmodi publicationes facere possunt et pro protocollo duos bolendinos, pro instrumento vero 4^{or} karolinos^d solventur notario auditoris Audientie, quodque apostolicis in mensibus huiusmodi diligentiam facere negligentibus ordinarii, ad quos alias dispositio pertinet, libere de ipsis vacantibus beneficiis disponere valeant, decretis et gratiis apostolicis^e non obstantibus quibuscumque.

^a De - etc. VL 4990

^b etc. fehlt VL 4990

^c publicare PL 647 publicatis

^d karolinos fehlt VL 4990

^e apostolicis fehlt PL 647

OT 73. Item voluit, quod ubi plures sunt vel duo expectantes in eadem ecclesia ad eandem collationem in genere vel in specie eiusdem vel diversarum datarum, omnes possint beneficium vacans cadens sub gratia infra mensem a die notitie vacationis computandum acceptare et de illo sibi facere provideri, salvo cuiuslibet iure prioritatis et posteritatis, videlicet quod de iure preferendus, si diligentiam fecerit in ipsius beneficii assecutione, preferatur, ita tamen quod, si ipse preferendus acceptaverit et non fecerit sibi provideri vel si acceptaverit et sibi provideri fecerit, sed acceptationem et provisionem huiusmodi^a non publicaverit, ut premittitur, aliis sub pari vel minori data expectan(tibus) nullum in hiis preiudicium generetur, quando ipsi beneficia huiusmodi acceptare et de illis sibi facere provideri valeant, ac si per negligentes pefat(e) acceptation(es) fact(e) et provisiones subsequente nullatenus fuissent, decretis et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque.

^a huiusmodi fehlt PL 647

OT 76. Item voluit, quod, si petantur suppleri defectus in genere, nullatenus littere desuper expediantur, nisi in petitione exprimantur vel per „Fiat“ aut „Concessum, ut petitur“ supplicatio signata fuerit^a.

^a signata fuerit *fehlt PL 647*

OT 74. Item voluit, quod^a, si petatur, ne quis possit amoveri de beneficio ad nutum revocabile, littere quoad hoc nullatenus expediantur.

^a voluit quod *fehlt PL 647*

OT 75. Item voluit, quod, si fecerit gratiam de beneficio sine cura vel de canonicatu sub expectatione prebende alicuius ecclesie alicui constituto in nono vel decimo sui^a etatis anno tacito de huiusmodi etate, ipsa gratia sit nulla et idem in vancan(te) vel certo modo vacatur(o).

^a sui *PL 647* suo

OT 77. Item voluit, quod, si quis in infirmitate constitutus resignaverit aliquod beneficium sive simpliciter sive ex causa permutationis et postea infra XX dies de ipsa infirmitate decesserit et beneficium huiusmodi conferatur per resignationem sic factam, collatio sit nulla.

OT 78. Item voluit et decrevit quascumque collationes sive provisiones pro tempore de quibuscumque beneficiis ecclesiasticis secularibus et regularibus simpliciter sive ex causa permutationis seu alias in Romana curia vel extra per quoscumque, quos ad aliquam prelaturam promoveri vel assumi contulerit, inter ultimam ipsius prelature vacationem et permutationem vel assumptionem dies ad eandem resignationem seu dimissionem factas fore nullas ac nullius roboris vel momenti.

OT 79. Item voluit, quod in concurrentibus in vacantibus^a aut certo modo vacaturis beneficiis hiis, cui gratia motu proprio reliquis omnibus sub simili motu non habentibus, alias graduatis non graduatis et inter graduatos magis graduatus^b, possessor colorato titulo non possessori et concurrentibus vel non concurrentibus qualitatibus predictis, presens in curia absentis ac oriundus civitatis vel diocesis non oriundo et nullum habens beneficium habenti in eiusdem assecutione beneficii preferantur.

^a vacantibus PL 647 vacation(ibus)

^b graduatus PL 647 graduatos

OT 80. Item voluit, quod, si per „Fiat“ et „Concessum“ super eodem beneficio signature concurrant, signatura per „Fiat“ preferatur, alia penitus nulla remanente.

OT 81. DE MOLESTATORIBUS POSSESSOR(IS)^a.

Item voluit, statuit et ordinavit, quod quicumque impetraverit beneficium ab aliquo per annum pacifice possessum, in sua impetratione possessorem et illius gradum, nobilitatem et, quot annis possederit, causamque specificam et determinatam, ex qua clare constiterit possessori nullum^b ius competere, exprimere tenetur et qui prius beneficia per alios prius sic possessa a sede apostolica impetraverunt, etiamsi super hoc littere apostolice nondum emanarunt, a die date presentium^c, et qui deinceps similiter impetrabunt, a die impetrationis eiusdem computandos infra sex menses cum possessore de iure experiri, possessorem coram iudice competenti citari faciendo teneantur, causam ex tunc continuo proseguendo, alioquin impetratio et inde secuta pro tempore sint nulla ac impetrans de damnis et interesse satisfaciat possessori, quodque, si per eventum litis huiusmodi compertum fuerit impetrantem frivole, iniuste et indebite possessorem molestasse, idem impetrans Camere apostolice in quinquaginta^d flor(enis) auri nullatenus remittendis nihilominus condemnatus et obligatus et ad beneficia huiusmodi obtinenda inhabilis existat nec beneficium aliquod censeatur litigiosum vel ex lite affectum, si actor infra annum a die dat(e) commissionis desuper signate computandum omnia iura sua non^e produxerit et^f omnes termini in causa servati non^g fuerint, ipsaque beneficia^h per cessum vel decessum extra Romanam curiam vacan(tia) ille, ad quem alias dispositio spectabat, de illo libere disponere seu apostolicus expectans illud acceptare possit, litis pendentia huiusmodi non obstante.

^a De molestatoribus possessor(is) VL 4990

^b nullum PL 647 nulli

^c presentium PL 647 ... computandum

^d quinquaginta PL 647 50

^e non fehlt PL 647

^f et PL 647 nec non

^g non fehlt PL 647

^h ipsaque beneficia VL 4990 ipsoque beneficio

OT 82. Item voluit et ordinavit ac firmiter observari mandavit, quod littere super beneficiis, quorum fructus XXVIII librarum Turonensium parvorum seu florenorum auri vel 4^{or} mar-

carum argenti puri communi extimatione valorem annum non excedunt seu, que ex causa permutationis resignantur, absque hoc, quod sit concordatum cum Camera, expedi- antur nec super illis ponatur in registro vel alibi, quod portentur ad Cameram¹ secundum morem antiquum et longo tempore observatum^a.

¹ *Der Vermerk portetur ad cameram steht vielfach auf den Originalen, vgl. OTTENTHAL, Bullenregister, MIÖG Ergänzungsband 1, S. 486.*

^a *Layoutendnote*

OT 83. (1) Item, omnes et singulas litteras apostolicas gratiam vel iustitiam concernentes in registro litterarum earundem et Camera apostolica vel aliunde conservatas et infra tem- pus per felicis recordationis Martinum papam quintum predecessorem suum ad hoc sta- tutum executoribus non exhibitas et propterea vel eiusdem predecessoris superveniente obitu extinctas et viribus vacuatas, si beneficia ecclesiastica concernant, dummodo in be- neficiis, super quibus ipse littere confecte sunt, tempore date presentium non sit aliis specialiter ius quesitum, revalidat illasque in eundem statum, in quo ante extinctionem vel lapsum vel obitum huiusmodi fuerant, et impetrantes earundem ad easdem plene restituit^a et reintegrat ipsisque executoribus, quod ad earum executionem procedere valeant, ac si ille tempore debito et congruo eis presentate fuissent, plenarie dedit et concessit in man- datis, constitutionibus apostolicis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque.

^a restituit PL 647 restituat

(2) Item (!) voluit de concessionibus per eundem predecessorem vel eius mandato signatis et iuxta premissa extinctis etc. observari.

OT 84. Item voluit et ordinavit, quod mandata apostolica super fructibus sequestrandis ac remissionibus ad partes pro meritis^a causarum recipiendis, sive singulares fuerint sive communes, sub bulla expediantur, alias sint nulla^b.

^a pro meritis PL 647 provinciis

^b PL 647 folgt Sequitur nunc de potestate domini vicecancellarii prosupra signat(is) de hoc signo + p(ost) supra

De potestate vicecancellarii^a

^a De potestate vicecancellarii PL 647 am linken Rand

OT 87. Item, quod possit concedere conservatorias quibuscumque petentibus et in litteris ponatur, quod conservatores possint vocare iniuriatores ad duas dietas.

OT 88. Item, quod processus auctoritate apostolica emanatos aggravare possit cum invocatione auxilii brachii secularis, prout viderit expedire, ac sententias executioni demandare etiam contra intrusos et intrudendos per litteras tamen apostolicas et non alias.

ME 20. Item, quod possit recipere resignation(es) omnium et singulorum beneficiorum ecclesiasticorum etiam specialiter vel generaliter reservatorum ex causa permutationis et desuper supplicationes per „Concessum“ signare, litteris super hoc sub bulla conficiendis.

OT 91 1. Fassung. Item, quod possit omnes causas beneficiales etiam non^a devolutas committere in curia cum potestate citandi ad partes.

^a non fehlt PL 647

ME 21¹. Item, quod possit signare supplicationes de novis provisionibus, de gratiis „Si neutri“ et surrogationibus de colligantibus, in quibus nulla detur clausula generalem reservationem importans^a.

¹ Vgl. OT 92.

^a Layoutendnote

ME 22. Item, quod possit signare supplicationes pro petentibus beneficia secularia et regularia dispositioni apostolice generaliter non reservata vacantia, dummodo valor eorum centum florenorum auri de Camera vel tantum librarum Turonensium parvorum vel tantundem in alia moneta secundum communem estimationem non excedat.

OT 93. Item, quod possit signare reformationem impetrationum quarumcumque de non obstantiis omissis ac valoribus et qualitatibus earundem.

OT 93 Anm. f. Placet a X kalendas aprilis¹ usque ad X kalendas maii², dummodo supplicationes sint signate manibus referendariorum nostrorum, G<abriel³.

¹ (1431) März 23.

² (1431) April 22.

Die XXVII martii⁴ lecte et publicate fuerunt in Cancellaria^a.

³ Gabriel Condulmer = Eugen IV.

⁴ (1431) März 27.

^a Layoutendnote

ME 17. Die decima mensis aprilis¹ fuerunt publicate omnes supradicte constitutiones in Audientia contradictarum, presente me Fernando² Lucense episcopo contradictarum auditore.

Ponatur in libro, Blasius³ Gradensis^a.

¹ (1431) April 10.

² Ferdinandus Martini de Palacios.

³ Blasius de Molino.

^a Layoutendnote

Alie regule Eugenii^a

^a Alie - Eugenii PL 647

OT 8 2. Fassung. Item dominus noster multorum supplicationibus pulsatus, nolens discedere a vestigiis predecessorum suorum maxime circa ea, que favorem pauperum clericorum merito respiciunt, intendit videlicet sub data VIII kalendas maii proxime futura¹ cum continuatione dierum sequentium, gratias expectativas per eum signandas sub modis, regulis et formis per eum inferius expressis^a per Cancellariam apostolicam expediri, revocation(..) ex certa scientia quascumque gratias expectativas et nomination(um) facultates ac eorum extensiones per felicis recordationis Martinum papam V eius predecessorem sub quacumque data et forma verborum quibusvis personis concessas iuxta tenorem litterarum suarum desuper confectarum.

¹ (1431) April 24.

^a descriptis PL 647

OT 9 2. Fassung. Item, quod prefatus dominus noster non intendit alicui religioso ex certa scientia gratias facere expectativas, vult et mandat, quod per quamcumque signaturam in rotulo vel seorsum super huiusmodi gratias factam littere desuper in Cancellaria non ex-

pediantur et, si que expedite fuerint, nullius sint roboris vel momenti, nisi per signaturam eandem huic regule expresse derogaretur.

OT 10 2. Fassung. Item, quia^a in partibus ultramontanis ultra maiorem dignitatem post pontificalem in cathedrali etiam^b principalem in collegiatis ecclesiis sint decanatus aut dignitates alio nomine appellate, quorum rectores immediate presunt capitulis et illorum curam habent, voluit idem dominus noster^c, quod dignitates aut decanatus^d huiusmodi non maiores aut principales sub gratiis expectativis nullatenus comprehendantur, nisi habentes tales gratias sint magistri aut licentiati vel baccalarii formati in theologia aut doctores vel licentiati in altero iurium^e vel magistri in medicina seu artibus, qui per triennium in aliqua ex dictis facultatibus studuerint.

^a quia VL 4990 quod

^b etiam VL 4990 et

^c voluit idem dominus noster fehlt VL 4990

^d dignitates aut decanatus VL 4990 decanatus aut dignitates

^e licentiati in altero iurium VL 4990 altero iurium licentiati

OT 11 2. Fassung. Item voluit, quod, si aliqui in expectativis aut aliis gratiis petant statutis, privilegiis et consuetudinibus ecclesiarum, quibus cavetur, quod nullus inibi nisi de minoribus prebendis ad potiores sive maiores prebendas per optionem ascendit seu non nisi graduati ceterorum graduum vel nobiles aut legitimi in eisdem ecclesiis reperti recipi non valeant, derogari, littere cum clausula derogationis huiusmodi nullatenus expediantur, nisi ipsius domini nostri signatura hoc importet expresse vel ad partem concedatur clausula antedicta, nec clausule generales derogatorie in gratiis huiusmodi poni consuete derogent seu preiudicent huiusmodi statutis, privilegiis et consuetudinibus.

OT 13 2. Fassung. Item voluit, quod petenti sibi in genere ad diversorum collatorum collationem etc. de beneficiis ac diversarum ecclesiarum canonicatibus et prebendis ac dignitatibus etc. provideri datur optio impetranti eligendi collationem vel ecclesiam, quam voluerit.

OT 27 2. Fassung. Item voluit, quod magistri, licentiati ac baccalarii formati in theologia, doctores vel licentiati cum rigore examinis in altero iurium in assecutione parochialium ecclesiarum habentium communi extimatione, que secundum famam^a publicam attenditur^b, duo milia communicantium vel plures, vigore gratiarum expectatarum omnibus aliis^c in pari vel maiori dat(a) preferantur.

^a famam PL 647 formam

^b attenditur PL 647 attendatur

^c aliis PL 647 alii

ME 18 2. Fassung. Item voluit et ordinavit, quod qui petierunt de canonicatibus sub expecta(tioni)bus prebendarum etiam cathedralium ecclesiarum, in quibus admitti non possunt obstant(tibus) statutis, privilegiis et consuetudinibus etc., detur de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, etiamsi canonicatus et prebende alterius quam cathedralis ecclesie existat, si^a capaces fuerint, ad collationem etc. episcopi, capituli, canonicorum et personarum ecclesie, in qua petebat admitti.

^a si fehlt PL 647

OT 103. DISPENSATIO DE PROMOVEN[DO] AD SACROS ORDINES^a.

Sanctissimus in Christo pater et^b dominus noster dominus Eugenius divina providentia papa quartus volens, videlicet XI kalendas aprilis pontificatus sui anno primo¹, omnibus^c obtinentibus beneficia ecclesiastica, quibus sacri ordines sunt^d debiti vel annexi et ad illos se promoveri faciendum proximo preterito iuris termino citra artat(is) et asctriect(is) salubriter providere cum omnibus et singulis presentibus quecumque beneficia ecclesiastica etiam curata obtinen(tibus), ratione quorum ad ordines huiusmodi ab eodem termino fuerunt et sint sic artati vel astricti, usque ad similem terminum proxime futurum, in quo et successive immediate sequentes temporibus similibus ad ipsos ordines se faciant promoveri, gratiose dispensat, quodque ad dispensationem eandem aliter probandum minime teneantur etc., constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque. Per hoc autem constitutioni super ordinibus suscipiendis etc. in Constantiensi concilio edite² non intendit alias in aliquo derogari.

Placet de existentibus in curia, G<abriel³>.

Ponatur in libro Cancellarie, B<lasius>⁴ Gradensis.

Publicata fuit in Cancellaria, die XXIII mensis maii anno a nativitate domini MCCCCXXXI⁵, B<lasius> Gradensis^e.

¹ 1431 März 22.

² Vgl. COD S. 448 De dispensationibus.

³ Gabriel Condulmer = Eugen IV.

⁴ Blasius de Molino.

⁵ 1431 Mai 24.

^a Dispensatio de promovendo ad sacros ordines VL 4990

^b in - et fehlt PL 647

^c omnibus fehlt VL 4990

^d sunt PL 647 sint

^e Blasius Gradensis fehlt PL 647

DE REVOCATIONE UNIONUM SEU INCORPORATIONUM NON SORTITARUM EFFECTUM^a.

OT 104. Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Eugenius papa quartus, cum sue innotuerit providentie, quamplures hactenus de **d..sis** ecclesiis tam de cathedralibus quam etiam metropolitanis nec non monasteriis, prioratibus, dignitatibus, personatibus, officiis ac etiam cathedralium quam collegiatarum ecclesiarum preben(dis), parochialibus ecclesiis et aliis beneficiis ecclesiasticis cum cura vel sine cura tam secularibus quam regularibus exemptis et non exemptis per predecessores suos facte fuerint uniones, annexiones et incorporationes, propter quas, si officium consequerentur, dissensiones et scandala **succifrenent**? animarum cum cura in illis, in quibus imminet, negligentur, cultus diminuetur divinus et mult(is) posset preiudicium generari. Hiis et aliis rationabilibus causis suadentibus in crastinum coronationis sue pontificatus sui anno primo¹ omnes uniones, annexiones et incorporationes de ecclesiis cathedralibus, metropolitanis, monasteriis, dignitatibus, personatibus, officiis, prebendis, parochialibus ecclesiis et aliis beneficiis supradictis, quorumcumque nomine censeantur, invicem seu ecclesiis cathedralibus et metropolitanis, monasteriis, mensis archiepiscopalibus, abbatialibus, capitularibus et conventualibus nec non dignitatibus, personatibus, officiis seu beneficiis ecclesiasticis quibuscumque apostolica vel ordinaria auctoritate sub quibusvis colore, modo et forma vel expressione verborum usque ad diem assumptionis sue ad summi apostolatus apicem per quosvis predecessores suos factas, que nondum sortite sunt effectum et ex quibus hii, in quorum commod(o) uniones et incorporationes huiusmodi emanaverunt ecclesiarum, monasteriorum, prioratum, dignitatum, personatum et officiorum, prebendarum, parochialium ecclesiarum et aliorum beneficiorum huiusmodi pacificam possessionem assecuti non fuerint, nec non quecumque concessiones et mandata de huiusmodi unionibus, annexionibus et incorporationibus fiendis usque ad diem assumptionis predictae facta cassavit, revocavit et annullavit nulliusque fore voluit roboris vel momenti omnesque et singulas causas occasione unionum, incorporationum et annexionum seu super illis et illarum effectu coram quibuscumque iudicibus seu commissariis tam in Romana curia quam extra eam tam ex commissione quam ex delegatione apostolica, quam delegatorum huiusmodi sub-

delegat(i)on(..) introduct(as) seu penden(tes) advocavit litemque illorum occasione et super illis quoscumque contingen(..) penitus extinguit irritumque decrevit et inane, si super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari.

Placet et ponatur in libro Cancellarie, G<abriel>². Ponatur in libro Cancellarie B<lasius>³ Gradensis.

Lecta in Audientia contradictarum, F<erdinandus>⁴ Lucensis, Rome, anno domini MCCCCXXXI, die XXXIII (!) mensis maii, indictione nona, pontificatus anno sui^b primo^{c5}.

¹ 1431 März 4.

² Gabriel Condulmer = Eugen IV.

³ Blasius de Molino.

⁴ Ferdinandus Martini de Palacios.

⁵ 1431 Mai 23.

^a De - effectum PL 647

^b sui PL 647 suo

^c Lecta - primo von zweiter Hand

De potestate vicecancellarii sive presidentis^a

^a De - presidentis PL 647, wo auf der nächsten Seite nachgetragen folgt De potestate vicecancellarii

OT 85. Primo, quod possit committere absolutionem eorum, qui ignoranter in supplicationibus vel in litteris aliquid scriberent, corrigerent vel delerent.

OT 86. Item, quod possit corrigere nomina et cognomina personarum ac beneficiorum, dumtamen de corpore constet.

OT 91 2. Fassung. Item, quod possit omnes causas beneficiales etiam **non** devolutas committere in curia cum potestate citandi ad partes.

OT 88 2. Fassung. Item, quod processus auctoritate apostolica **decretos** aggravare possit cum invocatione auxilii brachii **secularis ac** sententias executioni **demandari facere** etiam contra intrusos et intrudendos **litteris apostolicis desuper conficiendis** et non alias.

ME 19. Item, quod possit concedere quibusvis petentibus conservatoriam ad triennium in forma.

OT 95¹. Item, quibuslibet nobilibus personis petentibus^a indultum de celebrando et celebrari faciendo ante diem et in locis interdictis ac per triennium reconciliari^b faciendo ecclesias et cimiteria^c polluta in forma.

¹ *Zweimal hintereinander.*

^a *PL 647(a) folgt mit vacat-Vermerk conservatoriam ad triennium*

^b *reconciliari PL 647(a+b) reconsiliari*

^c *cimiteria PL 647(b) monasteria*

OT 94. Item, dominis terrarum et locorum nec non abbatibus et per^a priores gubernari solitorum monasteriorum prioribus et superioribus prelatibus nec non magnorum principum consiliariis altare portatile in forma.

^a *per fehlt VL 4990*

OT 96. Item, protonotariis ac litterarum apostolicarum scriptoribus et, de quibus iuxta illorum sufficientiam et idoneitatem sibi videbitur, abbreviatoribus sua officia in Romana curia pro tempore exercentibus indultum de percipiendis in absentia suorum beneficiorum fructibus concedere possit^a, etiamsi alias eis tale indultum quavis auctoritate concessum fuerit.

^a *concedere possit fehlt VL 4990*

OT 89. Item, quod possit recipere et admittere resignation(es) beneficiorum ecclesiasticorum quorumlibet etiam generaliter vel specialiter reservatorum, simpliciter vel ex causa permutationis et desuper^a supplicationes per „Concessum“ signare^b, ut moris fuit.

^a *et desuper VL 4990 de et super*

^b *VL 4990 folgt litteras inde conficiendas*

OT 90. Item, quod possit signare supplicationes duorum referendariorum manibus signatas de novis provisionibus, „Si neutri“ et surrogationibus **pro** collitigantibus, in quibus non detur clausula generalem reservationem importans.

OT 92¹. Item, quod possit signare supplicationes etiam duorum referendariorum manibus^a signatas de beneficiis ecclesiasticis vacantibus secularibus et regularibus dispositioni apostolice generaliter non reservat(is), quorum cuiuslibet valor centum florenorum auri de

Camera vel totidem librarum Turonensium parvorum vel tantundem in alia moneta secundum communem estimationem non excedat.

¹ Vgl. ME 21.

^a manibus *fehlt* PL 647

OT 97. Item, quod possit signare supplicationes manu unius referendarii signatas super defectu natalium ad omnes sacros ordines et ad^a duo beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura se invicem compatientia, etiamsi canonicatus et prebende vel officia collegiarum ecclesiarum fuerint.

^a ad *fehlt* PL 647

OT 98. Item, quod^a in gratiis expectativis concedere possit ad obtinendum beneficia, dignitates, personatus, administrationes vel officia cum cura etatis defectum patientibus, qui XX sue etatis annum peregerint et de quibus sibi, quod alias ad hoc idonei sint, fides facta fuerit, quod huiusmodi eorum gratie ad ipsa beneficia, dignitates, personatus, administrationes ac officia valeant suumque sortiantur effectum et quod illarum vigore, quamprimum ad etatem legitimam pervenerit, huiusmodi beneficia, dignitates, personatus, administrationes vel officia acceptare et de illis sibi provideri facere ac ea^b recipere et retinere valeant.

^a quod *fehlt* PL 647

^b ea *fehlt* PL 647

OT 99. Item, quod in expectativis gratiis^a pro nobilibus et graduatis saltem XX annos habentibus et ad obtinendum beneficia, dignitates, personatus, administrationes vel officia cum cura defectum etatis patientibus ad illa^b dispensatio(nu)m supplicationes signare possit de duobus annis.

^a gratiis *fehlt* PL 647

^b illa PL 647 illam

OT 100. Item, quod in expectativis et de beneficiis generaliter vel specialiter non reservatis impetrationum quorumlibet reformationes^a de non obstantiis et dispensationibus omissis ac beneficiorum valoribus et qualitatibus nataliumque defectibus signare possit.

^a reformationes PL 647 reservationes

OT 101. Item, quod sufficientibus et idoneis et de quibus, quod tales sunt et facta fides extiterit, in expectativis signare possit ad maiores prebendas ecclesiarum^a, in quibus iuxta illarum statuta et consuetudines de minoribus ad maiores gradatim fieri debet ascensus^b.

^a prebendas ecclesiarum *PL 647* prebendarum prebendas

^b ascensus *PL 647* assensus

OT 102. Item, quod possit ad ordines suscipiendos artatis prorogare terminos in dictis suscipiendis ordinibus usque ad proxima tunc a iure statuta tempora, in quibus sic artati successive ad ipsos ordines promoveantur.

Placet et ponatur in quaterno Cancellarie, G<abriel>¹.

Publicata et lecta in Cancellaria, die V iulii², B<lasius>³ Gradensis^a.

¹ *Gabriel Condulmer = Eugen IV.*

² *(1431) Juli 5.*

³ *Blasius de Molino.*

^a *Layoutendnote*

OT 105. Sanctissimus dominus noster Eugenius papa quartus, die XI mensis novembris pontificatus sui anno primo¹, voluit et ordinavit, quod per quamcumque signaturam deinceps faciendam nulli, cuiusvis dignitatis, status, gradus, ordinis vel conditionis fuerit, detur dispensatio, quod duas parochiales ecclesias vel dignitates maiores post pontificales in cathedralibus seu principales^a in collegiatis ecclesiis vel unam cum reliqua earum insimul retinere valeat, nisi ecclesie parochiales adeo contigue et invicem propinque sint, quod ipsis per unum commode deserviri possit illarumque fructus insimul ultra XXIII florenos auri de Camera secundum communem estimationem non valeant annuatim et de hoc in litteris dispensationis huiusmodi expressa mentio fiat vel, nisi super obtinendis duabus ex huiusmodi dignitatibus seu parochialibus ecclesiis insimul pro magnis nobilibus, magistris vel baccalariis formatis in theologia aut doctoribus seu licentiatis in altero iurium per verba „Dispensamus de speciali“ sufficiens signatura habeatur, alioquin, si per preoccupationem^b vel alias littere super tali dispensatione confecte reperiantur, ille nullius sint roboris vel momenti.

¹ *1431 November 11.*

Placuit domino nostro et ponatur in libro, B<lasius>² Gradensis.

Publicata in Cancellaria, die XII novembris anno primo^{c3}.

² *Blasius de Molino.*

³ *1431 November 12.*

^a principales *PL 647* parochiales

^b preoccupationem *PL 647* occupationem

^c anno primo *fehlt PL 647*

ME 2. QUINQUENNIUM CONCESSUM ORDINARIIS^a.

Sanctissimus in Christo pater et^b dominus noster dominus Eugenius divina providentia^c papa quartus^d attendens, quod felicitis recordationis Martinus papa V eius predecessor prelati et aliis personis ecclesiasticis, ad quos dignitatum et aliorum beneficiorum ecclesiasticorum collatio, provisio, presentatio, electio seu quevis alia dispositio pertineret, de dignitatibus et beneficiis huiusmodi, que ex tunc usque^e ad quinquennium^f in singulis martii, iunii, septembris et decembris mensibus vacarent et que dispositioni apostolice generaliter reservata non forent, etiam perinde, ac si alie reservationes apostolice non essent, rite disponendi plenam et liberam cum interpositione decreti facultatem concesserat ac deinde huiusmodi quinquennium ab eius fine usque ad aliud quinquennium prorogaverat^g et postea infra annum a die prorogationis huiusmodi, sicut domino placuit, ab hac luce subtracto^h etⁱ etiam ipsi prelati et persone speciales videantur ab ipso domino Eugenio favores et gratias habuisse, videlicet die^j IIII nonas martii pontificatus sui anno primo¹, prelati et personis predictis^k de quibusvis^l prioratibus, dignitatibus, personatibus et administrationibus, officiis, canonicatibus et prebendis ac aliis beneficiis ecclesiasticis^m cum cura et sine cura secularibus et regularibus ad eorum collationem, provisionem, presentationemⁿ, electionem seu quamvis aliam dispositionem pertinentibus, que infra quinquennium a dicta die computandum in eisdem mensibus vacare contigerit, dummodo etiam dispositioni apostolice generaliter reservata non fuerint, perinde, ac si alique a sede apostolica vel ipsius legati expectative gratie aut super eis reservationes^o non emanarent, libere disponendi concessit facultatem, decernens irritum et inane, quidquid in contrarium a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari.

Placet domino nostro.

¹ *1432 März 4.*

Ponatur in libro. Blasius² Gradensis.

Publicata fuit^p in Cancellaria^q, die VI mensis martii anno primo^r alias die XXIII novembris anno primo^s.

² *Blasius de Molino.*

^a Quinquennium - ordinariis VL 4988; VL 4990 Indult(um) fact(um) ordinariis ad quinquennium

^b in Christo pater et *fehlt* VL 4988

^c divina providentia *fehlt* VL 4988

^d quartus VL 4988, VL 4990 IIII

^e usque *fehlt* VL 4990

^f quinquennium VL 4988 über huc

^g prorogaverat PL 647 prorogat; VL 4990 prorogarat (!)

^h subtracto VL 4988 substrato

ⁱ et PL 647 uti; VL 4990 ut

^j videlicet die VL 4990 die videlicet

^k VL 4990 folgt ac aliis *durchgestrichen*

^l quibusvis VL 4988 quibus

^m VL 4988 folgt etiam

ⁿ presentationem *fehlt* VL 4990

^o reservationes PL 647 reformationes

^p fuit *fehlt* VL 4988, VL 4990

^q in Cancellaria *fehlt* VL 4990

^r die VI mensis martii anno primo *fehlt* VL 4988, VL 4990

^s alias - primo PL 647 von zweiter Hand

ME 23. Sanctissimus in Christo pater et dominus dominus Eugenius papa quartus attendens, quod felicitis recordationis Martinus papa V eius predecessor, quando(?) conventionem(?) per ipsum prelat(is) et aliis personis ecclesiasticis super facultate conferendi in certis mensibus beneficia ecclesiastica concessa (!) ab illius fine ad aliud quinquennium prorogavit et deinde dicto predecessore infra annum a die prorogationis huiusmodi vita finito predictus dominus noster etiam ipsis prelat(is) et personis conferendi mensibus eisdem beneficia huiusmodi sub cert(is) modo et forma concessit facultatem, ne pro eo, quod prorogatio et ipsius(?) domini nostri concessio predicte non diebus, quibus facte fuerint, sed postea publicate sunt, ab aliquibus hesitari contingat, an continuo a dicto fine prelati et persone predicti in eisdem mensibus premissam habuerunt facultatem, ad omne super hiis ambiguitatis tollendum dubium, die videlicet III mensis martii pontificatus sui anno primo declaravit ipsos prelatos et personas ab eodem fine continuo dictam facultatem habuisse et habere nec non secundum hoc in quibusvis etiam pendentibus causis iudicandum fore ac iudicari debere, non obstantibus premissis ceterisque contrariis quibuscumque cum clausulis opportunis.

Placet domino nostro pape et ponatur in libro, B<lasius>¹ Gradensis.

Publicata fuit in Cancellaria die VI martii anno primo^{a2}.

¹ *Blasius de Molino.*

² *1432 März 6.*

^a *Layoutendnote*

OT 107. PREROGATIVA PRESENTIUM IN CURIA^a.

Sanctissimus dominus noster dominus Eugenius papa quartus^b intendens rationabilibus suadentibus causis Romanam curiam pro tempore sequen(tibus) specialibus favoribus et antelation(um) prosequi prerogativis voluit, statuit atque decrevit, quod omnes et singuli, qui tempore vacation(is) beneficiorum sub expectativis, quas eis ipse^c dominus noster concessit, gratiis^d comprehensorum in dicta curia presentes et antea per sex proxime preteritos menses illam continuo consecuti fuerint^e, in assecutione quorumlibet huiusmodi beneficiorum, que tunc vacantia rite acceptaverint et de quibus provideri eis fecerint, omnibus aliis cuiuscumque^f dignitatis, status, gradus vel conditionis, etiamsi in processibus desuper habitis diligentiores et in canonicos recepti sint, sub pari vel maiori dat(a) gratias expectativas haben(tibus) et tunc a dicta curia absen(tibus) preterquam prefati domini nostri familiaribus continuis commensalibus in Cancellaria apostolica circa quasdam eis concessas prerogativas descript(is) omnino preferantur. Inter illos tamen ex ipsis presentibus, qui apostolice sedis officiales non fuerunt, ac ubilibet existen(tes) in theologia magistros nec non in altero iurium doctores seu cum rigore examinis licentiatos et in ipsa theologia baccalarios formatos ius commune servetur, non obstantibus apostolicis constitutionibus et etiam cum decreto irritan(ti), quorumcumque teno(rum) existant, in genere vel in specie per dominum nostrum seu sedem huiusmodi concess(is) aut in posterum concedendis^g prerogativis et indultis, etiam<si> de quibus aut totis eorum tenoribus specialis et expressa mentio foret habenda, ceterisque contrariis quibuscumque.

Lecta et^h publicata in Cancellaria apostolicaⁱ, XII die^j mensis iunii anno domini MCCCCXXX secundo^{k1}, anno secundo, H<enricus> Raiscop^{l2}.

Lecta die XIII mensis iunii anno domini MCCCCXXX secundo³, pontificatus sanctissimi domini nostri Eugenii pape quarti anno secundo, F<erdinandus>⁴ episcopus Lucensis^m.

¹ *1432 Juni 12.*

² *Henricus Raiscop.*

³ *1432 Juni 13.*

⁴ *Ferdinandus Martini de Palacios.*

-
- ^a Prerogativa - curia VL 4990
^b VL 4990 *folgt durchgestrichen* certis ... causis
^c ipse VL 4990 idem
^d gratiis PL 647 gratias
^e consecuti fuerint VL 4990 fuerint secute
^f cuiuscumque VL 4990 quibuscumque
^g PL 647 concedendu(m)
^h Lecta et *fehlt* PL 647
ⁱ apostolica *fehlt* PL 647
^j die *fehlt* PL 647
^k domini MCCCCXXX secundo *fehlt* PL 647
^l H. Rayscop *fehlt* PL 647
^m Lecta die - Lucensis *fehlt* PL 647

OT 110. Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Eugenius divina providentia papa quartus, videlicet VII idus iunii pontificatus sui anno II¹, certis suadentibus causis voluit, statuit et ordinavit, quod omnes et singuli pro XXX veris familiaribus domesticis et continuis commensalibus cuiuslibet sancte Romane ecclesie cardinalium in Cancellaria apostolica nominandis super gratiis expectativis littere sub data VI kalendas maii pontificatus ipsius domini nostri anno primo² expedire valeant, ac si sub data VII kalendas maii dicto anno primo³ concesserent, et, que ad unum beneficium dumtaxat expedite sunt, ad aliud extendi et pro singul(o) ex eisdem familiaribus apostolicas litteras super dictis gratiis expeditas non haben(t)i ipse littere ad duo beneficia sub dat(a) VII kalendas huiusmodi expediri possint. Blasius⁴ Gradensis^a.

-
- ¹ 1432 Juni 7.
² 1431 April 26.
³ 1431 April 25.
⁴ Blasius de Molino.

^a *Layoutendnote*

ME 24. Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Eugenius papa quartus intendens dilectos filios referendarios et continuos commensales infrascriptos apostolic(is) prosequi gratiis et specialibus fulcire prerogativis motu proprio statuit et decrevit, die videlicet XVII mensis ianuarii pontificatus sui anno primo¹, quod ipsi referendarii et familiares in assecutione beneficiorum ecclesiasticorum cum cura et sine cura quorumlibet, etiamsi canonicatus, prebende, dignitates, personatus, administrationes vel officia etiam curata et electiva in cathedralibus vel metropolitanis vel collegiatis ecclesiis fuerint,

¹ 1432 Januar 17.

que vigore gratiarum per eum sub data VIII kalendas maii dicto anno² concessarum expectant, aliis omnibus et singulis, cuiuscumque dignitatis, status vel conditionis existant, etiam per quascumque apostolicas? motu et sub dat(is) similibus factas gratias et cum quibusvis studiorum universitatibus seu aliis generaliter aut specialiter per ipsum vel apostolicam sedem etiam simili motu et sub quacumque verborum forma concessis aut concedendis antelationum^a prerogativis, de quibus eorumque totis tenoribus specialis et expressa mentio habenda foret, huiusmodi beneficia expectantibus, etiamsi ipsarum apostolicarum vigore gratiarum in ecclesiis, in quibus huiusmodi institerunt, reliquis omnino preferantur, non obstantibus premissis et diligentia potiori nec non apostolicis constitutionibus et ordinationibus ceterisque contrariis quibuscumque.

² 1431 April 24.

^a antelationum *PL 647* antelatione(m)

ME 25. Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Eugenius divina providentia papa quartus certis iustis causis animum suum ad hoc induentibus, quarto nonas iunii pontificatus sui anno 2^o¹, voluit, statuit et ordinavit, quod omnes et singule gratie expectative sub quacumque verborum forma per ipsum veris familiaribus domesticis et continuis commensalibus sancte Romane ecclesie card(inalium) in rotul(is) eorundem card(inalium) sub data VI kalendas maii pontificatus sui anno primo² facte, super quilibet littere apostolice sunt confecte, cum processibus inde secutis et sequend(is) in omnibus et per omnia effectum sortiri debeant ac litteris apostolicis desuper confectis in iudicio et extra iudicium stetur et fides plenaria adhibeatur perinde, ac si gratie predictae sub data VII kalendas maii pontificatus sui anno primo³ facte et littere huiusmodi sub eadem data VII kalendas maii dicti anni primi expedite fuissent et apparerentur, quodque littere apostolice pro dictis familiaribus nondum expedite sub eorum gratiis eis in dictis rotulis aut aliquo eorum fact(is) in Cancellaria apostolica et alibi sub dat(a) VII kalendas maii pontificatus sui anno primo ac ad duas collationes et duo beneficia deinceps expediri valeant et debeant, ac decrevit ex nunc irritum et inane, si secus super hiis quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari, non obstantibus constitutionibus apostolicis et aliis contrariis quibuscumque^a.

¹ 1432 Juni 2.

² 1431 April 26.

³ 1431 April 25.

^a *Layoutendnote*

CONFIRMATIO PREROGATIVE PRESCRIPTAE^a.

ME 26. Motu proprio ex certa scientia confirmamus, approbamus et ratificamus ac rata et firma esse volumus et decernimus omnia et singula privilegia, concession(es), antelation(um) prerogativas, declaration(es) et presertim super familiaritate domestica continua commensalitate et indulta per quoscumque Romanos pontifices predecessores nostros et pro talibus habitos ac sedem apostolicam dilectis filiis nostris et sedis eiusdem capellanis, auditoribus sacri Palatii causarum apostolici et pro eis sub quacumque forma verborum fact(e) et concess(e) ac facta et concessa, quorum omnium tot(os) tenores hic et in nostris? litteris super hiis expediendis haberi volumus pro sufficienter express(os), volen(tes) etiam et decernen(tes) auctoritate apostolica simili motu, quod ipsi auditores presentes et futuri, quandocumque et quamdiu in Romana curia presentes fuerint, in assecutione quorumcumque beneficiorum omnibus et singulis privilegiis antelation(um) prerogativis, indultis et exception(ibus), quibus et qualibet tempore felicitis recordationis Martini pape V predecessoris nostri ac quorumcumque aliorum Romanorum pontificum et pro talibus habit(um) uti et gaudere poterant et quibus quicumque familiares nostri etiam domestici continui commensales gaudent et utuntur, in omnibus et per omnia uti et gaudere valeant, constitutionibus apostolicis et privilegiis, antelation(um) prerogativis, indult(is) et concessionibus quibuscumque aliis etiam universitatibus concessis et concedendis, de quibus etiam de verbo ad verbum ac specialis et expressa mentio foret^b haben(da) et aliis in contrarium facien(dis) non obstantibus quibuscumque.

Concessum motu proprio in presentia domini nostri pape, Blasius¹ Gradensis.

Datum Rome apud Sanctum Petrum in presentia nostri pape, XII^c kalendas martii anno primo².

¹ *Blasius de Molino.*

² *1433 Februar 18.*

^a Confirmatio prerogative prescripte PL 647 (*der davorstehende Text ist KR Martin V. ME 59*)

^b foret PL 647 fores

^c XII VL 4990 duodecimo

PREROGATIVA ALIQUORUM FAMILIARIUM DOMINI NOSTRI PAPE^a.

ME 27. (1) Universis et singulis presentes litteras inspecturis, Blasius¹ Dei gratia patriarcha Gradensis Cancellariam sancte Romane ecclesie de mandato sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Eugenii divina providentia pape III regens, salutem in Domino. Et presentibus fidem indubiam adhibere, quia vero? exigit et equitas persuadet universitati testimonium perhibere, dignum censemus, quin potius debitum Romanorum pontificum ordination(..) ad cuiuslibet certitudinem merita attestazione deduci, ne de illis forsitan haberet? hesitation(is) scrupulum in aliorum noxam cedat vel offensam, tenore igitur presentium universitati vestre notum facimus et etiam attestamur, quod prefatus dominus noster papa familiaribus suis continuis commensalibus illis videlicet, quorum nomina de sue sanctitatis mandato in certo eiusdem Cancellarie libro scripti et registrati existunt, infrascriptam prerogativam sub anno et die in ea contentis concessit atque dedit eamque ad futuram illius certitudinem in predicto libro registrari mandavit, ut est moris. Cuiusquidam prerogative tenor de verbo ad verbum talis est:

¹ *Blasius de Molino.*

^a Prerogativa - pape PL 647

(2) Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Eugenius papa III intendens dilectos suos familiares et continuos commensales infrascriptos apostolicis prosequi gratiis et specialibus fulcire prerogativis motu proprio statuit et ordinavit ac decrevit, videlicet die XVII mensis ianuarii pontificatus sui anno primo¹, quod ipsi familiares in assecutione beneficiorum ecclesiasticorum cum cura et sine cura quorumlibet, etiamsi^a canonicatus et prebende, dignitates, personatus, administrationes vel officia, etiam curat(a) et elect(iva) in cathedralibus, metropolitanis vel collegiatis ecclesiis fuerint, que vigore gratiarum per eum sub dat(a) VIII kalendas maii dicto anno² concessarum expectant, omnibus aliis et singulis, cuiuscumque dignitatis, gradus, status vel conditionis existant, etiam per quascumque apostolicas et motu ac sub dat(a) similibus fact(as) gratias^b et cum quibusvis studiorum universitatibus seu aliis generaliter aut specialiter per ipsum aut apostolicam sedem, etiam simili motu et sub quacumque verborum forma concess(..) vel concedend(..) antelation(..) et prerogativis et de quibus eorumque totis tenoribus specialis et expressa mentio habenda foret, huiusmodi expectantibus, etiamsi ipsarum apostolicarum vigore gratiarum in ecclesiis, in quibus huiusmodi prebende fuerint, in canonicos recepti sint et inter

¹ 1432 Januar 17.

² 1431 April 24.

eosdem familiares illi, qui diutius ipsius domini nostri obsequiis institerunt, reliquis omino preferantur, non obstantibus premissis et diligentia potiori etc. nec non apostolicis constitutionibus et ordinationibus ceterisque contrariis quibuscumque.

Publicata, die XXIX mensis ianuarii anno primo³.

³ 1432 Januar 29.

^a etiamsi PL 647 etiam

^b gratias PL 647 gratiis

(3) Nos igitur Blasius patriarcha regens prefatus huiusmodi prescriptam prerogativam ad discretorum virorum Iohannis de Verlens¹ presbiteri Wilhelmi de Libinen(se)², Ottonis longe³, Hermanni Stall⁴, Iohannis de Fossario⁵, Iohannis Philippe de Lovanchi⁶ et Arnoldi Elst⁷ clericorum Leodiensis⁸ et Traiectensis⁹ dioc. ipsius domini nostri pape familiarium continuorum commensalium in dicto libro nominatim et expresse ad effectum huiusmodi prerogative de dicto mandato infrascriptorum, qui eiusdem prerogative testi(moni)o pro suorum tuitione^a iurium se indigere asserebant, instan(tiam) de verbo ad verbum hiis nostris litteris, prout ex nostro incumbit officio, fecimus annotari, quos prenominatos Iohanni de Verlens, Wilhelmo, Ottoni, Hermannus, Iohanni de Fossario, Iohanni Philippi de Lovenich et Arnoldo Elst in testimonium premissorum concessimus, nostri sigilli munimine roboratas. Datum Rome^b in domibus nostre solite residentie apud Sanctum Blasium, die sexta mensis martii anno incarnationis dominice MCCCCXXXII, indictione decima, pontificatus domini nostri pape Eugenii III anno primo¹⁰.

¹ Johannes de Verlens.

² Wilhelmus Libermey.

³ Otto Jonge.

⁴ Hermannus Stall.

⁵ Johannes de Fossario.

⁶ Johannes Philippi de Lovenich.

⁷ Arnoldus Elst.

⁸ Lüttich/Liège, Belgien.

⁹ Utrecht, Niederlande.

¹⁰ 1432 März 6.

^a tuitione PL 647 duitionum

^b Rome PL 647 Romore

QUOMODO SCRIBI DEBEAT DATA IN LITTERIS APOSTOLICIS^a.

OT 111. Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Eugenius papa quartus^b, ut in apostolicis litteris committendi crimen falsi per amplius occasio tollatur, die XXI

mensis septembris pontificatus sui anno secundo^{c1}, voluit, statuit et ordinavit, quod in antea dictiones numerales, que in dat(a) litteris ante kalendas, nonas et idus immediate poni consueverunt^d, per litteras et sillabas extense scribantur et ille ex dictis litteris, in quibus huiusmodi dictiones aliter scripte fuerint, ad bullariam non mittantur.

Publicata in Cancellaria apostolica, XXIII septembris anno secundo^{e2}.

¹ 1432 September 11.

² 1432 September 24, = Nikolaus V. Nr. 12.

^a Quomodo - apostolicis PL 647, VL 4990

^b quartus PL 647 IIII

^c secundo PL 647 2^o

^d consueverunt PL 647 consueverant

^e secundo PL 647 2^o

DE LITTERIS EXPEDIENDIS SUPER RESERVATIS ET NON RESERVATIS^a.

OT 108. Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Eugenius papa IIII intendens, prout eius incumbit officio, tam circa beneficia ecclesiastica, de quibus per eum pro tempore dispositum gratiose fuerit, ne sine canonico titulo per quosvis^b occupentur, quam etiam circa illos, quibus huiusmodi gratie facte sunt, ne in eorum nec non aliorum dispendium super ipsis gratiis apostolicas litteras expediri facere minime protrahant, oportune providere, die iovis XVIII kalendas februarii pontificatus sui anno secundo^{c1}, voluit, statuit et ordinavit, quod a tempore publicationis statuti et ordinationis eorundem et singulariter super gratiis eis hactenus concessis a presentium et concedendis et ab illarum dat. de generaliter reservatis infra sex menses et aliis vacan(tibus) vel certo modo vacatur(is) beneficiis infra annum litteras apostolicas totaliter expediri facere nec non earum executoribus presentare debeant, alioquin ipsis facte gratie huiusmodi et quecumque inde secuta nullius sint roboris vel momenti.

Placet domino nostro pape, Blasius² Gradensis.

Publicata in Cancellaria, die XIX ianuarii anno 2^{o3}.

Publicata fuit hec constitutio per me Ludovicum⁴ de Orto⁴ lectorem Audientie contradictarum in loco prefato Audientie, die XXIII ianuarii MCCCXXXIII⁵, Ludovicus^d de Orto^d.

¹ 1433 Januar 15.

² Blasius de Molino.

³ 1433 Januar 19.

⁴ Ludovicus de Orto.

⁵ 1433 Januar 24.

^a De litteris expediendis super reservatis et non reservatis VL 4990

^b quosvis PL 647 quovis

^c secundo PL 647 2^o

^d Publicata - Orto (in VL 4990 mit Verweiszeichen am linken Rand)

ME 28. Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Eugenius papa IIII considerans, quod litium plerique strepitus dispendiis **ins.quentes?** eos pro signatur(is) pro tempore, ut desuper apostolice littere conficiantur, supplicationum product(i)o(n)es distendere ac protrahere satagent, ut dispendiis obvietur et litibus huiusmodi finis citius imponatur, die XXVIII mensis ianuarii pontificatus sui anno II¹, voluit, statuit et ordinavit, quod iudices in Romana curia pro tempore deputati, etiamsi sancte Romane ecclesie cardinales, causarum Palatii apostolici auditores vel alii quicumque sint, huiusmodi supplicationum tenores vel effectus circa decisionem causarum eis pro tempore commissarum non attendant nec super illis partis cuiusvis altercationes vel disceptationes admittant, inherentes quoad huiusmodi supplicationes formis dumtaxat litterarum, que desuper confecte fuerint et que, si minus bene per preoccupationes vel alias expedite reperiantur, illorum, quorum intererit, instantiis ad apostolicam Cancellariam remitti poterunt per eius officiales, quibus huiusmodi tenores et effectus perstringere convenit, ad formas debitas reducende^a.

Placet domino nostro. Ponatur in libro, Blasius² Gradensis.

Publicata fuit hec constitutio in Cancellaria apostolica per me M. Puiardi³ litterarum apostolicarum abbreviatorem, VII die februarii anno domini XXXIII⁴.

¹ 1433 Januar 29.

² Blasius de Molino.

³ M. Puiardi.

⁴ 1433 Februar 7.

^a reducende PL 647 reducendo

ME 29. Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Eugenius papa IIII, videlicet III idus octobris pontificatus sui anno 3^o¹, voluit atque mandavit, quod apostolice pro religiosis super expectativis gratiis non de rotulis, sed particularibus supplicationibus sine signatura expediantur et sub quibus officia claustralia non cadant^a.

¹ 1433 Oktober 13.

^a Layoutendnote

ME 30. Cum dudum ab aliquibus ex dilectis filiis venerabilium fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie cardinalium familiaribus continuis commensalibus sub dat(a) VI¹ primo et postmodum voluerimus et statuerimus, quod perinde ac sub dat(a) VII kalendas maii anno primo² concessisse fuissent, gratias expectativas concesserimus ac etiam plerisque aliis personis sub maioribus nec non equalibus dat(is) gratias similes fecerimus, unde dictis familiaribus express(is) eis gratiis modicus fructus forsitan poterit provenire, nisi potioribus eis favoribus **...erimus**, volumus igitur et statuimus ac ordinamus, quod quecumque expectative gratie familiaribus continuis commensalibus, quos singuli ex dictis **wardibus** tempore dat(e) presentium in curia presentibus nominaverint, cum habitis desuper processibus nec non quecumque inde secutis valeant ac robo(rum) obineant fa(milia)ritatem ipsique familiar(..), quos nominare contigerit, vigore gratiarum suarum et processuum huiusmodi quibuscumque aliis expectantibus, etiamsi aliis in processibus diligentiores extiterint, in assention(e) quorumcumque canonicatum et prebendarum, dignitatum et personatum, administrationum, officiorum et beneficiorum ecclesiasticorum cum cura vel sine cura, que alius vigore sive pretextu eis concessarum gratiarum expectatarum pro tempore expectabunt, **aufrideant?** perinde in omnibus et per omnia, ac si dictis nominatis personis sub dat(a) VIII kalendas maii³ huiusmodi gratias concesserimus ac pro aliis personis vel equali vel maiori dat(a) expectative gratie nullatenus **...** emanassent, non obstantibus contrariis quibuscumque. Per presentes tamen doctoribus aut licentiatis in altero iurium aut theologia seu sedis apostolice officialibus vel nobilibus, in curia presentibus nullum preiudicium volumus generari.

Concessum, ut petitur, pro quolibet card(inale) de nunc presentibus in curia et card(inale) Venetiarum⁴ pro duodecim, qui fuerunt familiares tempore dat(e), in presentia domini nostri pape, C<hristophorus⁵> Cerviensis.

Datum Florentie⁶, XII kalendas octobris anno IIII^{a7}.

¹ 1431 April 26.

² 1431 April 25.

³ 1431 April 24.

⁴ Franciscus Condulmer.

⁵ Christophorus de S. Marcello.

⁶ Florenz, Toskana, Italien.

⁷ 1434 September 20.

^a Layoutendnote

ME 4. Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Eugenius papa IIII, die nona mensis octobris pontificatus sui anno quarto¹, voluit et ordinavit, quod per quamcumque^a signaturam nulli, cuiusvis dignitatis, status, gradus vel conditionis sit, dispensatio detur, quod duas parochiales, quarum fructus etc. XXIII florenorum auri de Camera secundum communem extimationem annuatim valent, ecclesias retinere possit, nisi specialis in nostra signatura mentio fuit de parochialibus.

Placet domino et ponatur in libro Cancellarie, C<hristophorus>² Cerviensis.

¹ 1434 Oktober 9.

² Christophorus de S. Marcello.

^a quamcumque PL 647 quantamcumque

ME 31. Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Eugenius papa IIII attendens, quod super habendis de Cancellaria apostolica regulis et constitutionibus inibi conscriptis faciliter per illos, qui eas in Romana curia indiguerint, ad ipsam Cancellariam recursus dirigi potest nec consultum fore, quod super earundem regularum nec constitutionum, quas iuxta occurrentium varietatem causarum et negotiorum aliquotiens mutare convenit, probando tenore vel effectu testium plerumque tenacem^a desuper memoriam non habentium depositionibus stari^b deberet, voluit, statuit et ordinavit, quod deinceps quilibet ex auditoribus causarum Palatii apostolici et aliis, etiamsi sancte Romane ecclesie cardinales sint, in ipsa curia pro tempore deputatis apostolica auctoritate iudicibus etiam in causis actu pendentibus super huiusmodi tenore vel effectu probando dumtaxat stet fidemque adhibeat cedulae sive scripture^c desuper a duobus litterarum apostolicarum abbreviatoribus in ipsa Cancellaria, ut moris est, auscultate et vicecancellarii seu dictam Cancellariam regentis manu subscripte. Quidquid autem secus fieri contingerit, nullius sit roboris vel momenti.

Placet domino nostro pape, C<hristophorus¹> Cerviensis.

Ponatur in libro Cancellarie, B.? Perlitan?².

Lecta in Audientia, die VI novembris anno domini nostri MCCCXXXIII³, B<artholomeus>⁴ auditor.

¹ Christophorus de S. Marcello.

² B.? Perlitan.

³ 1434 November 6.

⁴ Bartholomeus de Zabarellis.

^a tenacem PL 647 tenorem

^b stari PL 647 stare

^c scripture PL 647 strepitu

ME 32. Sanctissimus dominus noster dominus Eugenius papa quartus cupiens ecclesiis et ecclesiasticis presertim pauperibus personis providere voluit, ordinavit et statuit, videlicet VIII kalendas augusti pontificatus sui anno quinto¹, quod nullus deinceps, cuiuscumque status, dignitatis, gradus vel conditionis sit, vigore cuiuscumque expectative gratie per ipsum dominum nostrum ad prebendam, dignitatem, personatum, administrationem vel officium nec non prestimonia, prestimoniales portiones et simplicia beneficia sub quacumque verborum forma, etiamsi ad servatoria beneficia extendi videntur, hactenus concesse vel in posterum concedende **sive** litterarum, que super **iam?** vel eius extension(e) confecte fuerint, aliquod servitorium beneficium acceptare vel de illo sibi provideri facere possit sive debeat, decernens idem dominus irritum et inane, si secus a quocumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingerit attemptari.

Placet domino nostro pape et^a ponatur in libro Cancellarie, C<hristophorus>² Cerviensis.

¹ 1435 Juli 25.

² Christophorus de S. Marcello.

^a et PL 647 ut

ME 33. Sanctissimus dominus noster dominus Eugenius papa quartus, qui alias intendens Romanam curiam pro tempore sequen(tibus) specialibus favoribus et antelation(um) prerogativis prosequi, voluit, statuit atque decrevit, quod omnes et singuli, qui tempore vacation(is) beneficiorum sub expectativis per ipsum dominum nostrum eis concessis gratiis comprehensorum in dicta curia presentes et antea per sex proximos preteritos menses illam continuo secuti fuerint, omnibus aliis, cuiuscumque dignitatis, status, gradus vel conditionis existerent, etiamsi in processibus desuper habitis diligentiores et in canonicos recepti forent, sub pari vel minori data gratias expectativas habentibus et tunc in dicta curia absentibus - preterquam prefati domini familiaribus continuis commensalibus in Cancellaria apostolica circa quascumque? eis concessas prerogativas descripti - omnino preferentur, nunc ab aliquibus recensens, an huiusmodi presentes, qui per dictos sex menses, ut premittitur, pifat(am) cur(iam) secuti fuerint, aliis, qui per totidem menses eam secuti non extiterint, quamvis in illo tempore vacation(is) ipsorum beneficiorum presentes fuerint, preterquam dictis familiaribus in assecutione premissa debuerint et debeant anteferri. Ad

omne super hiis dubium removens, die **XXVIII (?)** mensis septembris pontificatus sui anno quinto¹, declaravit sue intentionis fuisse et esse, quod ipsi presentes, qui per predictos menses eadem curi(am) secuti fuerint licet in eo tempore vacation(is) huiusmodi presentes extiterint, in assecutione predicta preferri debuerint atque debent, **alius exception.** familiarium huiusmodi, ut inter alios ius commune servetur, prout **in stitut..** et decreto sive constitutionibus predictis est expressum.

Placet domino nostro pape et^a ponatur in libro Cancellarie, C<hristophorus>² Cerviensis.

Publicetur B. Plitan³?

¹ 1435 September 28.

² Christophorus de S. Marcello.

³ B.? Perlitan.

^a et PL 647 ut

ME 34. Sanctissimus dominus noster dominus Eugenius papa III, qui alias Romanam curiam pro tempore sequen(tibus) specialibus favoribus prosequi volens eis quasdam prerogativas concessit, **addito?** tunc, quod inter ubilibet existen(te)s in theologia magistros nec non in altero iurium doctores seu cum rigore examinis licentiatos et in ipsa theologia baccalarios ius commune servetur, attentius considerans, quod etiam ipsi magistri, doctores, licentiatos et baccalarii curiam sequen(tes) eandem **...** aliorum licet talium, sed a dicta curia absentium similibus favoribus attollendi, scilicet die ultima mensis septembris pontificatus <sui> anno quinto¹, voluit, statuit atque ordinavit, quod etiam doctores, magistros, licentiatos et baccalarios predictos ex eis in dicta curia presentes absentibus preferantur, alias huiusmodi prerogativarum servato tenore.

Placet domino nostro pape et ponatur in libro Cancellarie, C<hristophorus>² Cerviensis.

Publicetur B. Plitan^{a3}?

¹ 1435 September 30.

² Christophorus de S. Marcello.

³ B.? Perlitan.

^a Layoutendnote

ME 35. Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Eugenius papa III, die quarta^a mensis octobris pontificatus sui anno quinto¹, reservavit dispositioni sue^b generali-

¹ 1435 Oktober 4.

ter omnes canonicatus et prebendas ac dignitates etc. ceteraque beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura ad collationem, provisionem, presentationem seu quamvis aliam dispositionem sancte Romane ecclesie cardinalium^c a Romana curia absentium ratione suorum in eorum cardinalatibus ecclesiarum et titulorum spectantium, quamdiu absentia huiusmodi duraverit^d, ac decrevit etc.

Placet^e domino nostro pape et ponatur in libro Cancellarie, Christophorus² Cerviensis^f.

Publicate fuerunt proxime tres constitutiones in Cancellaria, die septima mensis octobris anno quinto³.

² *Christophorus de S. Marcello.*

³ *1435 Oktober 7.*

^a quarta VL 4990 IIIII

^b sue VL 4990 seu

^c cardinalium VL 4990 cardinales

^d duraverit VL 4990 durant

^e Placet PL 647 Placeat

^f Cancellarie - Cerviensis VL 4990 Blasius Gradensis

ME 36. Dignetur sanctitate vestre declarare, quod littere apostolice super expectativis gratiis per eandem sanctitatem vestram sub dat(a) VIII kalendas maii anno primo¹ devotis oratoribus Iohanni² episcopo Pennense tunc nec non Geminiano de Prato³ et Roberto de Cavalcantibus⁴ Palatii apostolici causarum auditoribus concessa per Cancellariam apostolicam potuerint ad duo beneficia nec non collationes etc. in Alamanie et aliis ultramarinis (!) partibus expediri.

Ita declaravit dominus noster papa et ponatur in libro Cancellarie, Christophorus⁵ Ariminesis.

Publicata in Cancellaria, die nona decembris anno quinto^{a6}.

¹ *1431 April 24.*

² *Johannes Castiglioni.*

³ *Geminianus Ingherrami.*

⁴ *Robertus de Cavalcantibus.*

⁵ *Christophorus de S. Marcello.*

⁶ *1435 Dezember 9.*

^a *Layoutendnote*

ME 37. Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Eugenius papa quartus, qui dudum prelatiis et aliis personis ecclesiasticis, ad quos dignitatum aliorumque bene-

ficioꝝ ecclesiasticorum collatio, provisio, presentatio seu quevis alia dispositio pertinebat, de dignitatibus et beneficiis huiusmodi, que ex tunc per quinquennium in singulis martii, iunii, septembris <et decembris> mensibus vacare contingeret, libere disponendi cum decreto irritante sub certa forma facultatem concessit, attendens, quod istius quinquennii finis instare dinoscitur, seque gratiosum dictis prelati et personis ecclesiasticis exhibere volens, videlicet idus februarii pontificatus sui anno quinto¹, prefatum quinquennium ab eius fine sub forma et decreto similibus ad aliud quinquennium prorogavit.

Placet domino nostro pape et ponatur in libro Cancellarie, Christophorus² Ariminensis^a.

¹ 1436 Februar 13.

² Christophorus de S. Marcello.

^a Layoutendnote

ME 38. Sanctissimus dominus noster Eugenius papa quartus, scilicet quinto idus martii pontificatus sui anno septimo¹, voluit, statuit et ordinavit, ut, quod nullus vigore cuiusvis expectative gratie, super qua littere apostolice confecte ac desuper habiti processus non fuerint, aliquod beneficium acceptare vel de illo sibi provideri facere valeat, seu? ante/autem fact(..) collatio et provisio quecumque nullius sint roboris vel momenti.

Placet domino nostro pape et quod ponatur in libro Cancellarie, Morinen.² (!).

Lecta per M.^a Puiardi³ litterarum apostolicarum abbreviatorem in Cancellaria apostolica, quinta die aprilis anno domini MCCCCXXXVII, indictione XV⁴. Die vero martis nona aprilis⁵ fuit lecta et publicata constitutio prescripta in Audientia contradictarum per magistrum Alphinum de Camporegali⁶ lectorem, G. de Laudis⁷.

¹ 1437 März 11.

² Johannes Juvenis.

³ M. Puiardi.

⁴ 1437 April 5.

⁵ 1437 April 9.

⁶ Alphinus de Camporegali.

⁷ G. de Laudis.

^a M. PL 647 me

ME 39. Sanctissimus dominus noster Eugenius papa quartus plurimorum super eo, quas expectativas de anno septimo pontificatus sui gratias faceret, instantiis et precibus annu-

ens voluit, statuit et ordinavit, videlicet quinto idus martii anno predicto¹, quod ipse gratie^a valeant sub data V idus martii anno septimo huiusmodi, ac si sub dat(a) septimo kalendas maii dicti pontificatus anno primo² concessae forent, et de similibus aliis gratiis, quas diebus sequentibus fieri contingeret.

Placet domino nostro pape et quod ponatur in libro Cancellarie, Morinensis³.

Publicata per me magistrum^b M. Puiardi⁴ litterarum apostolicarum etc. in Cancellaria apostolica, die decima aprilis anno septimo⁵.

¹ 1437 März 11.

² 1431 April 25.

³ Johannes Juvenis.

⁴ M. Puiardi.

⁵ 1437 April 10.

^a gratie VL 4990 littere

^b magistrum *fehlt* VL 4990

ME 40. Sanctissimus dominus noster dominus Eugenius papa quartus, videlicet nono kalendas octobris pontificatus sui anno septimo¹, decrevit, quod nullus, cui revalidatio cuiusvis expectative gratie sibi facte concessa fuerit, eo pretextu beneficium aliquod acceptare vel de illo sibi provideri facere valeat, nisi apostolice super huiusmodi revalidatione littere sint confecte, ac decrevit irritum et inane, quidquid secus contingerit attemptari.

Placet domino pape et ponatur in libro Cancellarie, Christophorus² Ariminensis^a.

Lecta per me M. Puiardi³ etc., die quinta octobris anno septimo⁴, in Cancellaria apostolica. Lecta in Audientia litterarum contradictarum per me Alphinum⁵ de Camporegali⁵ lectorem, die septima octobris dicti anni⁶.

¹ 1437 September 23.

² Christophorus de S. Marcello.

³ M. Puiardi.

⁴ 1437 Oktober 5.

⁵ Alphinus de Camporegali.

⁶ 1437 Oktober 7.

^a *Layoutendnote*

ME 41. Sanctissimus dominus noster Eugenius papa quartus, V kalendas martii pontificatus sui anno septimo¹, declaravit omnes, qui^a Romanam curiam ante illius ad civitatem

¹ 1438 Februar 25.

Ferrariensem² translationem Bononie³ per sex menses secuti fuerint et de post ante finem mensis februari nunc currentis ad eandem civitatem Ferrariensem animo prosequend(..) curiam eandem venerunt, gaudere debere omnibus privilegiis et prerogativis concessis sequentibus curiam eandem perinde, ac si ipsi continue cum eodem domino nostro viam de Bononia continuassent et secum venissent dictam civitatem Ferrariensem.

Et mandavit poni in libro Cancellarie, C<hristophorus⁴> Ariminensis^b.

Posita fuit in libro de mandato domini Morinensis⁵ regentis Cancellariam apostolicam, die prima mensis martii pontificatus domini nostri Eugenii anno septimo⁶, Iacobus⁷ Ugolini⁷.

² Ferrara, Emilia Romagna, Italien.

³ Bologna, Emilia Romagna, Italien.

⁴ Christophorus de S. Marcello.

⁵ Christophorus de S. Marcello.

⁶ 1438 März 1.

⁷ Iacobus de Ugolinis.

^a qui PL 647 in

^b C<hristophorus^b> Ariminensis fehlt VL 4990

ME 42. Sanctissimus dominus noster dominus Eugenius papa quartus, qui Romanam curiam pro tempore sequen(tibus) et tempore vacation(is) beneficiorum sub expectativis per ipsum alias concessis gratiis comprehensorum in dicta curia presentibus et qui antea per sex proxime preteritos menses illam continuo secuti fuerunt, quasdam prerogativas primo et deinde diversis aliis personis eiusdem^a curiam non sequentibus et etiam ab illa per ipsa absentibus, quod nihilominus ipsis prerogativis uti possent, gratiose concessit, ne cuiusvis ille scrupulis ambigui(ta)t(..) resultet, XX mensis novembris pontificatus sui anno septimo¹, declaravit ipsis alias personas vigore posteriorum concessionum prefatarum tam quam^b presentes et uti et gaudere potuisse atque posse perinde in omnibus et per omnia, ac si de huiusmodi ver(is) sequen(tibus) et presentibus extitissent, et sic etiam de similibus, quas per eum deinceps fieri contigerit, concessionibus esse iudicand(um).

Placet domino nostro pape et ponatur in libro, C<hristophorus>² Ariminensis^c.

Lecta fuit et publicata in Cancellaria^d presens constitutio, die XVII mensis aprilis MCCCCXXXVIII pontificatus domini nostri domini Eugenii pape quarti anno suo octavo³, Morinensis.⁴

¹ 1437 November 20.

² Christophorus de S. Marcello.

³ 1438 April 17.

⁴ *Johannes Juvenis.*

^a eiusdem VL 4990 eandem
^b quam VL 4990 contra
^c Layoutendnote
^d VL 4990 folgt apostolica

ME 43¹. Sanctissimus in Christo pater etc., die nona octobris pontificatus sui anno quarto², voluit, statuit et ordinavit, quod per quamcumque signaturam nulli deinceps, cuiusvis dignitatis, status, ordinis, gradus vel conditionis sit, dispensatio detur, quod duas parochiales^a, quorum fructus etc. XXIII florenorum auri de Camera secundum communem extimationem annuatim valeant, ecclesias retinere possit, nisi specialis in nostra signatura de parochialibus mentio fiat.

Placet domino nostro et ponatur in libro Cancellarie, Christophorus³ Ariminensis.

¹ Vgl. auch ME 4.
² 1434 Oktober 9.
³ Christophorus de S. Marcello.

^a PL 647 folgt ecclesias

ME 44. Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Eugenius papa quartus litium cupiens succidere anfractus et, ne novi collitigantibus adversarii dentur, providere voluit, statuit et ordinavit, scilicet quarto idus februarii pontificatus sui anno octavo¹, quod quotienscumque deinceps aliquem super quovis ecclesiastico beneficio collitigan(tem) in iure vel ad ius, si quod forsan eius adversario in dicto beneficio competierit, surrogari concessit, dummodo prefatus collitigans in ipso beneficio intrusus non sit nec super eo contra dictum adversarium, postquam illud per triennium pacifice possederit, lis tunc mota fuerit, aliorum quorumlibet de premissis iure, sive tunc vacet vel cum vacaverit, impetrationes^a infra mensem ante concessionem huiusmodi facte nullius sint^b roboris vel momenti.

Placet domino nostro pape et ponatur in libro Cancellarie, Christophorus² Ariminensis^c.

Met./Mor.

Lecta fuit et publicata ista regula seu constitutio, die XXIII mensis februarii anno 1438³, de mandato domini regentis Cancellariam.

¹ 1439 Februar 10.
² Christophorus de S. Marcello.
³ 1439 Februar 23.

^a impetrationes PL 647 impetrans
^b sint PL 647 sit

^c Layoutendnote

auch in **Arm. 82**, fol. 213v-214v; **BL 2825**, fol. 152v-153r (kollationiert 10.12.15); **BL 2850**, fol. 142v (nicht kollationiert); **VL 6343**, fol. 143r (kollationiert 16.12.15); **Paris 4172**, fol. 193-194r (kollationiert 5.2.16).

REVOCATIO GRATIARUM DOMINI MARTINI V^a.

OT 109. Eugenius episcopus servus servorum Dei^b. Ad futuram rei memoriam. Nuper attendentes, quod, sicut nobis innotuerat, multi hactenus a felicis recordationis Martino papa V predecessore nostro per importunam instantiam in multis et diversis orbis ecclesiis atque locis super collationibus, provisionibus, reservationibus canonicatum, prebendarum, dignitatum, prioratum, personatum et officiorum et ecclesiarum, portionum, prestimoniorum aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum secularium et regularium cum cura et sine cura multas et varias gratias impetraverant, ex quorum impetrantium multitudine ecclesie ipse gravate plurimum noscebantur. Ex hiis et aliis certis^c causis, que ad hoc rationabiliter nos moverunt, super hiis providere volentes omnes reservationes et concessionem super canonicatibus et prebendis, dignitatibus, prioratibus, personatibus, officiis, portionibus, ecclesiis parochialibus et ruralibus et aliis quibuscumque beneficiis^d vacaturis secularibus et regularibus cum cura vel sine cura, quocumque nomine censeantur, et etiam ad^e collationes seu provisiones super canonicatibus in cathedralibus seu collegiatis ecclesiis cum reservationibus prebendarum, dignitatum, personatum, officiorum, portionum, prestimoniorum vel aliorum beneficiorum ecclesiasticorum quorumcumque cum cura vel sine cura commissionesque ac concessionem super facultatibus seu potestatibus quibusvis factis super huiusmodi ecclesiis et beneficiis vacaturis auctoritate apostolica etiam ad nominationem alterius reservandis ac etiam conferendis, in quibus nondum erat in re licet ad rem alicui ius quesitum, commissiones quoque ac mandata super recipiendis personis aliquibus in ecclesiis vel monasteriis seu locis aliis regularibus, que in eis recepte non erant, ab eodem predecessore facta seu concessa quibuscumque personis, cuiuscumque conditionis, preeminentie, ordinis sive status existerent, per eiusdem predecessoris litteras sub quibuscumque tenoribus, modo et forma seu conceptione^f verborum omnesque processus habitos per easdem, etiamsi in ecclesiis secularibus earum aliquae essent in canonicos recepte ac etiamsi per executores earum facte fuissent reservationes, inhibitiones et decreti interpositiones aut earum aliquae auctoritate predictarum litterarum in aliquibus ecclesiis secularibus ultra statutum canonicorum numerum in canonicos essent recepte, quantum ad capitulum et ad chorum ac perceptionem distributionum cotidianarum et plenitudinem

iuris canonici haberent, si in eis prebendas, dignitates, personatus, officia seu portiones et alia beneficia, que dantur tantum existentibus de numero tunc expectarent, apostolica auctoritate, videlicet V idus martii proxime preteriti¹, revocavimus, cassavimus et irritavimus et viribus vacuavimus eaque cassa et irrita nuntiavimus ac nullius voluimus existere firmitatis. Verum si huiusmodi persone recepte ultra numerum distributiones et alia ut canonici de numero existentes perciperent, quod per cessionem vel decessum illorum, qui erant intra numerum et vigore dictarum litterarum amplius assequi nil expectarent nisi distributionum seu partium suarum augmentum, cum forsitan essent in ecclesia, in qua canonicorum non autem portionum numerus vel prebendarum distinctio habebatur, quantoque inter pauciores eiusdem ecclesie dividebantur proventus, tanto maiores fieri poterant singulorum percipientium portiones, ad istos nec non ad eos, quibus de certis expressis beneficiis ecclesiasticis, que certo modo proponebantur vacare, datis super hoc per litteras dicti predecessoris executoribus, ad illos etiam, quibus de certis et expressis huiusmodi beneficiis, cum vacarent per assecutionem pacificam alterius beneficii vel per munus consecrationis suscipiendum vel quovis modo alio, ut prefertur, nec non ad eos, quibus de canonicatibus cum reservationibus prebendarum, dignitatum, personatum, officiorum, prioratum, ecclesiarum, portionum prestimoniorum aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum vacaturorum huiusmodi per dictum predecessorem facte gratie extiterant, que ante diem predictam videlicet V idus martii vacaverant et tunc vacabant aut per impetrantes, quibus erant provisiones huiusmodi faciende, a suis executoribus petitum fuerat, quod talia beneficia sic vacantia eis conferrent, nec per eos stetisset, quominus conferrentur eisdem, nec non ad eos, qui per litteras dicti predecessoris in aliquibus ecclesiis in canonicos erant recepti et dignitates, personatus vel officia canonicis dumtaxat consueta conferri dictarum litterarum vel alia quavis auctoritate inibi assecuti fuerant licet prebendas expectarent, ad eos etiam, qui per litteras facultatum dicti predecessoris in aliqua ecclesia in canonicos non apostolice sedis, sed recipientium auctoritate erant recepti licet prebendas et alia beneficia expectarent ibidem, et ad eos, qui super receptione sua in ecclesiis vel monasteriis seu locis aliis regularibus, in quibus non erat certus canonicorum vel canonicarum regularium aut monachorum seu monialium aut quarumvis aliarum personarum religiosarum, quocumque nomine nuncuparentur, numerus vel, **si etiam**⁹ aliquis vel aliqua de numero predicto ante diem predictam defuerat vel adhuc tunc deerat, litteras apostolicas impetrassent, si per eos vel eas non stetisset, quominus recepti vel recepte non fuissent in dictis

¹ 1431 März 11.

ecclesiis, monasteriis seu locis, dictas constitutionem, revocationem et cassationem voluimus non extendi ac insuper irritum decernimus et inane, si secus^h super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Ne autem pro eo, quod super premissis littere apostolice confecte non fuerantⁱ, de revocatione, constitutione et cassatione huiusmodi valeat hesitari, nos constitutionem, revocationem et cassationem predictas et alia premissa omnia presentibus fecimus annotari. Nulli ergo omnino etc. constitutionem, revocationem et cassationem etc. Si quis autem etc.^j Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno incarnationis dominice MCCCCXXXI^k, secundo^l idus maii pontificatus nostri^m anno primo².

² 1431 Mai 14.

^a Revocatio - V BL 2825, VL 6343, Paris 4172; PL 647 Bulla revocationis gratiarum expectatarum

^b episcopus - Dei VL 6343 etc.

^c VL 6343 folgt de

^d Paris 4172 folgt ecclesiasticis

^e ad fehlt BL 2825, Paris 4172

^f conceptione PL 647 comperatione

^g si etiam Paris 4172 etiamsi

^h secus fehlt PL 647

ⁱ fuerant Paris 4172 fuerunt

^j super canonicatibus et prebendis - etc. VL 6343 etc. prout supra in aliis revocationibus aliorum pontificum et presertim in revocationibus factis per Benedictum XIII et Alexandrum V, require superius fo. 108

^k dominice MCCCCXXXI VL 6343 millesimo quadringentesimo tricesimo primo; Paris 4172 etc. millesimo CCCCCXXI

^l secundo BL 2825, VL 6343, Paris 4172 II

^m pontificatus nostri fehlt BL 2825, VL 6343, Paris 4172

Fehlt PL 647.

OT 106. *Prärogative in Pfründenerlangung durch Motu proprio vom 17. Januar 1432 verliehen für folgende*) referendarii et familiares: Anselmus¹ litterarum apostolicarum corrector, Iohannes de Mella² causarum Palatii apostolici auditor et referendarius, Petrus de Mordericia³, Ludovicus Venetus⁴, Andreas de Florentia⁵, A. de Dardanonibus⁶, F. de Padua⁷, Angelus de Veletro⁸, magister H. Hesse⁹, magister H. Gidastaf¹⁰.

¹ Anselmus Fabri.

² Iohannes de Mella.

³ Ev. Petrus de Mera (?).

⁴ Ludovicus Venetus.

⁵ Andreas de Florentia.

⁶ Ambrosius de Dardanonibus.

⁷ Franciscus de Legnamine.

⁸ Angelus de Veletro.

⁹ H. Hesse.

¹⁰ H. Gidastaf.

Ponatur in libro, Blasius¹¹ Gradensis.

Publicata fuit die XXVIII ianuarii anno primo^{a12}.

¹¹ *Blasius de Molino.*

¹² *1432 Januar 18.*

^a *Layoutendnote*

Extravaganten

ME 11. **Arm. 82**, fol. 216r-218r; **RL 317**, fol. 225v-227v (4.12.2015 kollationiert, Bilder bestellen); **BL 2825**, fol. 154v-155r (z.T. verblasst) (kollationiert 4.12.2015); **BL 2850**, fol. 144r-145v (nicht kollationiert); **VL 6343**, fol. 144r-146r (kollationiert 16.12.15); **Paris 4172**, fol. 196r-198v; **Teildruck:** TANGEL, KO S. 165-167 Nr. 35 (nach BL 2825/Paris 4172); **Regest:** HOFMANN, Forschungen 2 S. 11 Nr. 40. (Mit Martin V. ME 56 abgleichen und in Petit überführen, was wörtlich übernommen)

PRIVILEGIUM ULTIMUM SCRIPTORUM^a.

Eugenius episcopus servus servorum Dei^b. Ad perpetuam rei memoriam. Eterni patrisfamilias nobis potestate desuper attributa vices gerentes in terris quamquam nostri pastoralis sit officii, ut^c universi dominici gregis curam strictis ulnis^d amplectamur. Ad scriptores tamen litterarum apostolicarum familiares nostros, qui se nobis et apostolice sedi obsequiosos operibus et studiis exhibent indefessis, propensiori studio aciem nostre considerationis extendimus, ut per operose diligentie nostre ministerium ea, que pro ipsorum scriptorum officii reformatione necessaria et directione utili statuta fuisse comperimus, ut illibata persistent, apostolico munimine roboremus ac alia ex nostre provisionis emanent sollicitudine, per que idem officium votivis et prosperis successibus gratuletur. Dudum siquidem felicis recordationis Martinus papa V predecessor noster attente considerans, quod licet antiquitus in Romana curia centum et unius^e dumtaxat scriptorum litterarum apostolicarum numerus fuisset institutus, postea tamen, quia exorto in Dei ecclesia schismate ecclesia ipsa sub diversis capitibus per varias obedientias diutius separata manserat ac demum schismatis caligine depulsa omnes obedientie sic diffides^f in unum reintegrate fuerant, idem scriptorum numerus supererat adauctus, cupiensque illum per opportune reformationis ministerium ad antiquum reducere numerum motu suo proprio omnia et singula loca et officia quorumcumque scriptorum eorundem tunc vacantia, de quibus eatenus per ipsum predecessorem dispositum non fuerat, nec non illa, que in futurum per obitum aut liberam seu liberas resignationem seu resignationes cuiuscumque aut quorumcumque scriptoris seu scriptorum prefatorum vel alias quomodolibet ex tunc in antea vacare contingeret, per

quasdam suppressit et extinxit ac pro suppressis et extinctis haberi voluit et censuit omnesque et singulos, cuiuscumque status, gradus^g vel conditionis forent, et quacumque auctoritate etiam apostolica in ipso officio vel ad illud seu ad quevis eius loca aut in hiis titulum seu ius se habere pretendentes in pitaphio scriptorum predictorum, quod tunc erat, actualiter non admissas personas decrevit ad dictum officium nullatenus admittendas vel recipiendas fore aut per aliquem recipi vel admitti debere quomodolibet in futurum nec non concessionem quascumque super admissionibus ad officium huiusmodi quibusvis personis per eum sub^h quacumque forma vel expressione verborum factas ac litteras desuper confectas et quecumque inde secuta cassavit, irritavit et annullavit supplicationesqueⁱ super huiusmodi concessionibus per eum signatas et litteras predictas tam in supplicationum quam litterarum ipsarum registris cassari voluit et mandavit nec non quaslibet lites et causas inter quoscumque super titulo dicti officii seu admissione ad illud vel illarum occasione coram quibusvis iudicibus pendentes penitus extinxit ac declaravit loca familiarium suorum verorum continuorum commensalium sub extinctione et suppressione predictis nullatenus existere comprehensa. Preterea ad reductionem predictam curiosius intendens motu simili et ad hoc scriptorum eorundem accedente consensu per alias suas litteras statuit, decrevit et ordinavit, quod quotienscumque ex tunc in antea aliquis ad ipsum officium exercendum habilis et idoneus duo ex locis scriptorum prefatorum in eorum pitaphio descriptorum, que per liberas illorum ex eis, qui loca ipsa obtinerent, resignationes per se vel procuratores suos ad hoc ab eis specialiter constitutos in manibus vicecancellarii pro tempore existentis aut Cancellariam apostolicam de mandato eiusdem predecessoris regentis tunc sponte faciendas et per eundem vicecancellarium seu regentem admittendas in dicto pitaphio supprimi et extinguere procuraret et faceret, cum effectu ipsis duobus locis sic suppressis et extinctis in altero eorundem ad officium ipsum eiusque liberum exercitium recipi et ad emolumenta, honores ac onera consueta, ut moris erat, admitti posset et deberet cum effectu, prout in diversis eiusdem predecessoris litteris desuper confectis plenius continetur. Cum autem, postmodum prefato predecessore, sicut Altissimo placuit, rebus humanis exempto et per eum de locis aliquorum, qui dictarum litterarum scriptores ipsiusque predecessoris familiares continui commensales fuerant, vacantibus aut alias extinctis non disposito nos, qui divina favente clementia fuimus ad apicem summi apostolatus assumpti, ad predicta loca sic vacantia vel extincta, quorum aliqua etiam ordinationi et dispositioni nostre reservaveramus et sub dicta suppressione includi nolueramus, nonnullos surrogari et admitti mandaverimus, propter quod a nonnullis forsitan de litterarum predictarum viribus hesitari^j posset, nos ad instar eiusdem predecessoris reductionem

premissam piis desideriis affectantes et litteras seu privilegia predecessoris huiusmodi nec non omnia et singula in eis contenta presentibus pro sufficienter expressis habentes ea ex certa scientia et motu proprio confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus omnesque defectus, si qui forsitan intervenerint in eisdem, supplemus. Etiam motu simili non ad dictorum scriptorum vel alicuius eorum vel alterius pro eis nobis super hoc oblate petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate auctoritate apostolica ex eadem scientia tenore presentium decernimus, statuimus et declaramus per predicta ac in posterum de uno alio idoneo dumtaxat, quem ad unicum locum unius defuncti per nos nominandum duxerimus, super quo nobis potestatem omnimodam reservamus, ad huiusmodi officia receptiones, admissiones et surrogationes aut illorum occasione litteris predecessoris seu privilegiis et in eis contentis premissis aut alicui parti eorundem in nullo quoad reductionem ipsam aut alias, quod collegii scriptorum et officii predictorum utilitatem concernat seu concernere possit^k, penitus derogatum seu detractum vel alias quomodolibet preiudicatum fuisse aut nunc vel in posterum esse sive ita a quoquam censi debuisse quomodolibet vel debere, sed^l illa potius et eorum totalem effectum in^m sua primeva et plenaria vigoris atque roboris firmitate perstitisse ac nunc et in futurum persistere debere, ita quod, donec et quousque reductio ad antiquum numerum huiusmodi facta et effectualiter consummata fuerit, nullus, cuiuscumque conditionis existat, sub quocumque velamine, titulo vel pretextu deinceps ad aliquem vel aliquod locum seu officium scriptorum huiusmodi quocumque modo et qualitercumque preterquam per liberam et spontaneam illud vel illumⁿ obtinentis vel obtinentium in Romana curia tunc presentis vel presentium scriptoris seu scriptorum resignationem faciendam vacare contigerit, recipi valeat vel admitti. Nos enim ex nunc ad finem premissae reductionis omnia et singula loca et officia huiusmodi ex quorumcumque personis sive per obitum seu religionis ingressum aut ad aliquam dignitatem cum officio ipso incompatibilem promotionem seu^o alias quovis modo preterquam per resignationem eandem ad presens vacantia aut^p in posterum usque ad reductionem predictam vacatura similibus motu, scientia et auctoritate supprimimus et extinguimus ac suppressa et extincta penitus esse^q volumus et declaramus, statuentes et ordinantes motu, scientia et auctoritate supradictis, quod singula loca et officia huiusmodi, que deinceps et etiam infra tempus reductionis antedictae per liberas singulorum scriptorum eorundem illa obtinentium, dummodo per mensem continue in dicta curia moram traxerint et tali non fuerint infirmitate detenti, de qua infra viginti^f dies decesserint, in dicta curia tunc presentium resignationes de illis in vicecancellarii prefati aut Cancellariam ipsam regentis manibus sponte faciendas et per vicecancellarium seu regentem huiusmodi recipiendas et admittendas vacare conti-

gerit, singulis personis, que per diligentem examinationem per rescribendarium pro tempore existentem et tres alios dictarum litterarum apostolicarum scriptores de peritioribus sub prestandi per eos in ipsius vicecancellarii vel regentis manibus iuramenti vinculo faciendam ad huiusmodi officia exercenda tam de litteratura quam bone forme **littera**^s habiles, sufficientes ac idonee ac apte ad personaliter dictum officium exercendum reperte fuerint et per nos seu vicecancellarium aut regentem eundem conferri et assignari seu concedi ipseque persone idonee reperte, ut prefertur, aliorum scriptorum numero huiusmodi aggregari nec non ad loca et officia ipsa tunc per resignationes huiusmodi sic vacantia eorumque emolumenta, honores et onera consueta etiam post reductionem eandem auctoritate apostolica recipi et admitti possint et debeant, cum effectu per hoc autem de singulis singulorum nostrorum et dicti predecessoris familiarium verorum continuorum commensalium earundem litterarum apostolicarum scriptorum in dicto pitaphio descriptorum, horum videlicet magistrorum Ambrosii Dardanoni¹, Bartholomei de Puteo², Iohannis Manzochi³, Ludovici de Orto⁴, Loisii de Venetiis⁵, Bartholomei de Capranica⁶, Antonii de Nepe⁷ et aliorum verorum^t nostrorum continuorum commensalium, quibus forsitan per nos huiusmodi officium in futurum conferri contigerit, locis et officiis similibus, si qua etiam infra tempus reductionis huiusmodi quovis modo ex personis ipsorum vacare contingat, libere disponendi ac ea sic vacantia interim personis idoneis, ut prefertur, conferendi et assignandi seu concedendi ipsasque aggregandi, recipiendi et admittendi seu recipi et admitti, ut premittitur, mandandi et faciendi potestatem minime volumus interdici, sed eam nobis plenarie ac omnimode reservamus, non obstantibus premissis et aliis contrariis quibuscumque. Nulli ergo etc. nostre confirmationis, communitiois, suppletionis, constitutionis, statuti, declarationis, reservationis, suppressionis, extinctionis, ordinationis et voluntatis infringere etc. Si quis etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo tricesimo secundo^u, tertio^v idus augusti pontificatus nostri^w anno secundo⁸.

An. Gratis pro officio scriptorum. de Adreat^x.

¹ *Ambrosius de Dardanonibus.*

² *Bartholomeus de Puteo.*

³ *Johannes Manzochi.*

⁴ *Ludovicus de Orto.*

⁵ *Aloisius de Venetiis.*

⁶ *Bartholomeus Nicolai de Capranica.*

⁷ *Antonius de Nepe.*

⁸ *1432 August 11.*

BL 2825 fol. 154v am rechten Rand unten und 155r zwischen Textende und der Unterschrift G. de Callio wie weggegewaschen: ... esse volumus, declaramus statuimus et ac ordinationes motu, scientia et auctoritate supradictis, quod singula loca et officia ... / tali modo fuerint infirmi... infra XX dies decesserint in dicta Curia tunc presentium resignatione de illis secundum vicecan(cellarium) (stark verblasst, mit Blaulicht nur knapp lesbar, ist wohl ein Teil der Konstitution = 20 Tagefrist) **Dieser ganze letzte Abschnitt nicht in VL 6343, Paris 4172** und RL 317, kann wohl weggelassen werden.

G. de Callio^{y9}.

⁹ G. de Callio.

^a Privilegium - scriptorum BL 2825; VL 6343 Privilegium aliud scriptorum apostolicorum

^b episcopus - Dei VL 6343 etc.; RL 317 am Kopf links Cincius

^c sit - ut VL 6343 officii sit

^d ulnis BL 2825 ulrus

^e unius VL 6343 unus

^f diffides VL 6343 desides

^g status, gradus BL 2825, Paris 4172 gradus status

^h sub fehlt VL 6343

ⁱ supplicationesque VL 6343 supplicationes quoque

^j viribus hesitari BL 2825 videbitur **..pere**

^k possit BL 2825, VL 6343, Paris 4172 posset

^l sed VL 6343 seu

^m in fehlt VL 6343, Paris 4172

ⁿ illum VL 6343 illa

^o seu BL 2825, VL 6343, Paris 4172 sive

^p aut BL 2825, VL 6343, Paris 4172 et

^q esse VL 6343 etiam

^r viginti VL 6343, Paris 4172 XX

^s littera VL 6343 littere

^t verorum VL 6343 virorum

^u anno - secundo VL 6343, Paris 4172 1432

^v tertio BL 2825, VL 6343, Paris 4172 III

^w pontificatus nostri fehlt RL 317

^x An. Gratis pro officio scriptorum. de Adria fehlt BL 2825, VL 6343, Paris 4172

^y G. de Callio fehlt RL 317 (**aber in BL 2825, VL 6343, Paris 4172**)

Arm. 82, fol. ; BL 2825, fol. ; BL 2850, fol. ; VL 6343, fol. (nicht kollationiert); Paris 4172, fol. 216v:

IURAMENTUM EXAMINANTIUM (!) IN ROMANA CURIA^a.

ME 5. Iurabunt examinatores, quod bene et fideliter se gerent in officio sibi commisso. Item, quod nec amore nec odio nec prece nec pretio in negotio seu officio predicto procederent. Item quod nihil recipient a personis examinandis vel aliis eorum nomine. Item, quod facient iurare notarios ac porteros et familiares eorum eis in officio examinationis huiusmodi assistentes, quod a predictis personis nihil recipiant aut ab aliis nomine ipsorum nec introducendis personis predictis ad examen aliquam fraudem vel odium vel favorem

committent, et quod eorum notarii fideliter registrent petitiones et titulos examinatorum personarum ipsarum.

TITULI EXAMINATARUM PERSONARUM.

Tria bene habeant; duo bene et unum competenter habeant; unum bene et unum competentem, duo bene et unum male habeant; duo competentia et unum male in tota Hispania et Vasconia habeant.

^a Iuramentum - Curia Paris 4172 als Rubrik über dem Text und am linken Rand Examinatorum

Arm. 82, fol. 239r-243v; **Reg. Lat. \$\$\$/Reg. Vat. \$\$\$**; **BL 2825**, fol. 173r-175v (kollationiert 4.12.15); **BL 2850**, fol. 162r-166v (nicht kollationiert); **VL 3883**, fol. 59r-62r; **VL 6343**, fol. 161r-164v; **Paris 4172**, fol. 220v-227v; **Druck**: TANGL, KO S. 168-175 Nr. 37 (nach BL 2825, mit Datum 1445 Juni 7 - 1447 Februar 23); **Regest**: HOFMANN, Forschungen 2 S. 16 Nr. 61 (mit Datum „nach 1446 Februar“). **Zur Datierung auch beziehen ME 9(48), wo auf sie angespielt wird).**

Constitutiones date per reverendissimum in Christo patrem et dominum^a dominum Franciscum tituli sancti Clementis presbiterum cardinalem Venetiarum vulgariter nuncupatum^b sancte Romane ecclesie vicecancellarium^c

ME 16. (1) Eugenius etc. Romani pontificis providentia circumspecta nonnumquam pro ordinandis curie Romane officiis et in melius disponendis aliqua moderatur, reformat et statuit, prout necessitati rerum et temporum in Domino prospicit salubriter expedire.

^a in - dominum fehlt VL 6343

^b Venetiarum - nuncupatum fehlt VL 6343

^c Constitutiones - vicecancellarium Arm. 82, BL 2825, VL 3883, VL 6343; sancte - vicecancellarium fehlt VL 3883; VL 6343 folgt super reformatione officialium Cancellarie apostolice

DE LITTERIS PER ABBREVIATORES ASSISTENTES EXPEDIENDIS^a.

(2) Cum itaque inter alia iustitie et equitati ac utilitati a sede apostolica gratiam vel iustitiam obtinentium plurimum conveniat, ut littere apostolice, que ex supplicationibus signatis conficiuntur, mature et accurate ac sine ulla a concessis discrepantia in Cancellaria apostolica expendantur, in primis statuimus et ordinamus, quod parvus maior Cancellarie apostolice in duas partes equales ex utroque latere dividatur videlicet superiorem et inferiorem. Ad quas partes omnes et singule littere in dicta Cancellaria expediende per senescallum sive custodem et non per^b quemvis alium deferantur, ita quod per eius providentiam iuxta discretionem a Deo sibi datam graviores et difficiliores materie deputatis superioris partis ve-

lut antiquioribus et^c magis expertis assignentur, que littere coram omnibus cuiuslibet partis intelligibiliter legantur, unusque^d supplicationem teneat et alter legat litteram expediendam, ipsis cuiuslibet partis deputatis audientibus et intelligentibus, qui ad hoc sint intenti. Si vero aliquando contingat ita paucas expediendas litteras ad Cancellariam ipsam deferri, ut infra tempus duarum horarum ab ipso toto parco simul expediri posse videantur, quod vicecancellarii vel ipsius locumtenentis arbitrio relinquatur, tunc coram omnibus utriusque partis legantur et expediantur iuxta modum supradictum littereque sic expedite cum signo^e duorum abbreviatorum, quorum neutri supplicatio sit distributa, signentur et sic signate per abbreviatores eosdem custodi tradantur, per eum vicecancellario seu locumtenenti predicto presentande. Qui vicecancellarius seu locumtenens etiam aliquod signum pro earum expeditione ponat. Aliter autem nulla littera ad bullam transmittatur. Idem etiam de litteris iustitie per eos, ad quos earum spectat^f expeditio, volumus observari, quodque, si aliquis dictorum abbreviatorum de cetero litteram aliquam, cuius supplicatio sibi distributa fuerit, vel litteram taliter non lectam seu aliter expeditam signaverit, pro qualibet vice quilibet eorum sic signantium unius floreni de Camera penam pro una custodi seu senescallo predicto, pro alia penitentiariis minoribus medietatibus applicandis penam incurrat ipso facto. Custos vero seu senescallus prefatus, si litteram aliquam aliter quam iuxta ordinem predictum expeditam dicto vicecancellario seu locumtenenti presentaverit, duorum florenorum similium penam pro qualibet vice incurrat, quorum unum dicto vicecancellario seu locumtenenti, alium vero dictis penitentiariis irremissibiliter volumus applicari.

^a De - expediendis VL 6343

^b per *fehlt* BL 2825

^c VL 6343 *folgt* veluti

^d unusque VL 3883 unusquisque

^e signo VL 3883 signorum

^f spectat VL 3883 expediat

DE EXAMINE ABBREVIATORUM FACIENDO ET QUO TEMPORE POSSINT IUDICARE^a.

(3) Item, cum deceat abbreviatores litterarum predictarum ipsi vicecancellario seu locumtenenti aut presidenti assistentes in earundem litterarum expeditione videlicet^b abbreviature officio prudentes^c et probos fore peritos pariter et expertos similiter, statuimus et etiam ordinamus, quod nullus de cetero ad assistendum vicecancellario aut locumtenenti seu presidenti predicto in ipsarum litterarum expeditione admittatur, nisi prius per maiorem partem abbreviatorum dicto tunc vicecancellario assistentium examinatus fuerit et ad id repletus sufficiens, in stilo peritus, idoneus pariter et expertus et, si quis de mandato nostro ali-

ter admissus fuerit, a iudicandi officio et litteras expediendi a die receptionis sue computando per biennium sit suspensus.

^a De - iudicare VL 6343; VL 3883 Assistens vicecancellario sit prius examinatus

^b videlicet VL 3883, VL 6343, Paris 4172 et

^c prudentes BL 2825 probatos

QUOD ABBREVIATORES VENIANT AD CANCELLARIAM ET RESIDEANT IN EA^a.

(4) Item, quod prefati assistentes hora super hoc per vicecancellarium deputanda singulis diebus, quibus Cancellaria tenebitur, ad eam venire et in ipsa, quousque tenta fuerit, perseverare debeant nec interim ab ea recedere possint, nisi forsan legitime fuerint impediti aut super hoc a vicecancellario predicto licentiam habuerint specialem. Si vero quis licentia huiusmodi non obtenta legitimaque excusatione cessante aliqua dierum predictarum ad Cancellariam predictam non venerit aut, si venerit, sed ab ea, antequam expedita fuerit, licentia non obtenta recesserit, a proxima ex tunc immediate tenenda Cancellaria expellatur et ab eius ingressu penitus sit suspensus. Si autem venerit, sed non hora deputata, ut prefertur, ad exercitium sui officii in Cancellaria predicta, pro die illa nullatenus admittatur. De quibus omnibus vicecancellarium predictum per custodem seu senescallum prefatum attentius avisari volumus et reddi attentum.

^a Quod - ea VL 6343; VL 3883 Veniant assistentes et non recedant ante finitam Cancellariam

DE SENESCALLO CANCELLARIE^a.

(5) Item statuimus et ordinamus, quod senescallus sive custos prefatus in ipsius vicecancellarii manibus in sua primeva receptione ad suum senescallie seu custodie officium et deinde singulis annis, quibus eum in ipso officio esse contigerit, de suo huiusmodi officio fideliter exercendo corporale teneatur et debeat prestare iuramentum sub hac verborum forma: „Ego N. custos“ etc.

^a De - Cancellarie VL 6343; VL 3883 Iuramentum custodis omni anno repetendum in forma non reperitur

DE EODEM^a.

(6) Item, quod senescallus sive custos prefatus in quibuscumque litteris de gratia diem receptionis earundem, qua sibi in ipsa Cancellaria presentabuntur, inscribat. Pro qua scriptura nihil recipiat etiam sponte oblatum litterasque predictas secundum ordinem inscriptionis earum sine fraude in expeditione presentet nec litteras, rotulos seu supplica-

tiones sibi traditas seu traditos ante vel post dictarum litterarum expeditionem in prefata Cancellaria celabit seu malitiose retinebit aut earundem litterarum expeditionem differet seu retardabit malitiose per se vel alium seu alios contra ordinationem supradictam et, si contrarium fecerit, penam ab eius officio suspensionis^b incurrat eo ipso ad tempus ipsius vicecancellarii arbitrio moderandum^c et, si senescallus predictus contra suum iuramentum huiusmodi dolo vel fraude aliqua fecisse diceretur, quia de talibus et similibus delictis, que secreta committuntur, non potest sine difficultate constare, si quinque ex scriptoribus vel abbreviatoribus predictis non suspecti bonorum nominis et fame senescallum ipsum huiusmodi suum officium illegaliter et alias, ut preferitur, exercuisse deponant, eo^d ad hoc vocato, suo privetur officio et de alio provideatur idoneo, qui simile prestat iuramentum.

^a De eodem VL 6343; VL 3883 Custos notet diem receptionis litterarum de gratia. Si (*Hs. sic*) dolo in expeditione presentet, non velet (?) nec differat

^b suspensionis VL 6343 suspensione

^c moderandum VL 6343, Paris 4172 moderatum

^d eo VL 6343 et

DE EODEM^a.

(7) Item, quod nullus alius quam ipse senescallus aliquam litteram gratiam continentem expediendam aut etiam senescallus predictus litteram aliquam extra ordinem predictum in loco expeditionis ponat, nisi hoc de mandato summi pontificis aut vicecancellarii seu locumtenentis pro tempore procederet speciali et ille, qui litteram ipsam aliter posuerit, ad arbitrium vicecancellarii vel locumtenentis a suo officio eo ipso sit suspensus. Et si durante suspensione huiusmodi se dicto officio immiscuerit, illo perpetuo privatus existat.

^a De eodem VL 6343; VL 3883 Solus senescallus custos extra ordinem predictum litteram gratie non ponat in loco expeditionis

DE CAPSA IN CANCELLARIA TENENDA PRO BULLIS CUSTODIENDIS^a.

(8) Item, quod in Cancellaria predicta sit capsula^b pro custodiendis et conservandis litteris non expeditis duas habens clausuras et claves duas, quarum unam vicecancellarius seu eius locumtenens et aliam custos sive senescallus predictus teneant, in qua omnes littere illa die, qua Cancellaria tenta fuerit, non expedite sub bona et firma custodia reponantur, die ex tunc sequenti, qua Cancellaria ipsa tenebitur, ad locum expeditionis earum reponende et iuxta ordinem supradictum expediende. Et si quis litteram aliquam extra ordinem predictum expedire seu in loco expeditionis ponere^c presumpserit, eo ipso penam in primo capitulo contentam incurrat.

^a De - custodiendis VL 6343; VL 3883 Littere non expedite conserventur sub duabus clavibus presentande in proxima Cancellaria

^b capsula VL 6343 capsula

^c ponere *fehlt* VL 6343

DE REGULIS CANCELLARIE SEU CONSTITUTIONIBUS DANDIS^a.

(9) Item statuimus et ordinamus, quod nulla ex constitutionibus dicte Cancellarie cuiquam detur, ut de ea in iudicio in Romana curia pro tempore instituto fidem faciat, nisi prius per assistentes eosdem illam dandam fore fuerit iudicatum et tunc per duos ex eis videatur et signetur in dorso et per alios duos ex abbreviatoribus cum libro Cancellarie auscultetur diligenter, qui se subscribant in eadem, et deinde signeto eiusdem vicecancellarii, ut est moris, signetur parti petenti assignanda. Pro qua quidem constitutione taliter expedita per secretarium seu cubicularios dicti vicecancellarii aut locumtenentis ultra duos ac senescallum prefatum ultra alios duos grossos, quorum decem^b florenum auri de Camera constituunt, nullatenus recipiatur seu etiam exigatur. Constitutiones vero modum expeditionis litterarum dumtaxat concernentes cuiquam dicto modo concedi omnino prohibemus.

^a De - dandis VL 6343 und am linken Rand zum letzten Satz Quod constitutiones concernentes expeditionem non dentur; VL 3883 Ne edantur constitutiones Cancellarie nisi in solemnitate, de qua hic

^b decem VL 3883, VL 6343 sexdecim; Paris 4172 sex sexdecim

QUOD TRANSSUMPTIS REGULARUM ET CONSTITUTIONUM CANCELLARIE NON ADHIBEATUR FIDES, NISI PER MANUM VICECANCELLARII FUERINT EXPEDITA VEL EIUS SIGILLO MUNITA^a.

(10) Item, ut constitutiones nostre et aliorum predecessorum nostrorum summorum pontificum in ipsa Cancellaria descripte ex dicta Cancellaria per manus vicecancellarii securius et certius modo supradicto expediantur et illis fides adhibeatur ac indigentibus earum transsumptis in forma publica per manus dicti vicecancellarii ille concedantur, cum nonnulli notarii sub instrumentis suis illarum petentibus tradant copiam, seu etiam constitutiones ipsas in causis, in quibus ad scribendum sunt deputati, productas coram suis aut aliis auditoribus vel commissariis in eadem curia pro tempore deputatis ad petentium huiusmodi instantiam ipsarum constitutionum vel alicuius earum presidio se indigere asserentium reproducant, compulsi attestantes illas tempore, quo producebantur, etiam fuisse recognitas, in quibus faciliter fraudes committi possent et pericula, statuimus et etiam ordinamus, quod nulli transsumpto dictarum constitutionum seu etiam originali constitutioni in huiusmodi iudicio de cetero^b fides adhibeatur, nisi per manus vicecancellarii fuerit expeditum vel expedita, ut preferitur, aut, si extra curiam transsumptum seu constitutio aliqua producendum

seu producenda fuerit, nisi sigillum ipsius vicecancellarii seu regentis habeat appensum, nullatenus fidem faciat.

^a Quod - munita VL 6343; VL 3883 Quando sit adhibenda fides transsumpto constitutionum Cancellarie

^b iudicio de cetero VL 3883 officio decreto

DE LITTERIS IUSTITIE EXPEDIENDIS^a.

(11) Item, ut littere de iustitia maiori absque partium damno et brevius expediantur, similiter statuimus et ordinamus, quod Cancellaria litterarum iustitie huiusmodi saltem semel in septimana die per ipsum vicecancellarium ad hoc statuenda teneatur, ad quam notarii dicte sedis, qui sex numero esse debeant, eorumque et alii in formandis notis in iustitia vel in iure sufficientes abbreviatores, quorum nomina in pitaphio abbreviatorum sint descripta, accedere nec non doctores famosi etiam prelati et practici in dicta curia tunc presentes per custodem sive senescallum dicte Cancellarie convocari debeant per cedule affixionem in valvis seu portis Palatii apostolici ac Cancellarie predicte die ipsam Cancellariam de iustitia^b immediate precedenti publice fiendam. Et si senescallus sive custos predictus^c in affigendo cedulam huiusmodi negligens seu remissus fuerit, qualibet vice, qua negligens reperiatur fuerit, ut premittitur, in uno floreno auri de Camera condemnatus existat, qui pro una vicecancellario antedicto et pro alia medietatibus minoribus penitentiariis predictis irremissibiliter applicetur.

^a De - expediendis VL 6343; VL 3883 Cancellaria litterarum iustitie semel in septimana teneatur

^b de iustitia *fehlt* VL 6343

^c predictus VL 3883 predicta

DE DISTRIBUTIONIBUS NON FACIENDIS IMPERITIS ET NON VENIENTIBUS AD CANCELLARIAM^a.

(12) Item, quoniam^b multi reperiuntur abbreviatores, quorum aliqui omnino sunt imperiti et aliqui minus, quam oporteat, aliqui vero, qui numquam abbreviature exercent officium aut Cancellariam ipsam frequentant, vicecancellarius aut presidens seu locumtenens prefati, qui talium habent notitiam, hoc studeant efficaciter observare, quod^c omnino imperitis et hiis, qui non^d consueverunt dictum officium personaliter exercere seu Cancellariam frequentare, nullas peritioribus autem difficilioris materie supplicationes pro minutis fiendis distribuant, ne propter abbreviatorum imperitiam sint littere rescribende.

^a De - Cancellariam VL 6343; VL 3883 Materie difficiles non distribuuntur abbreviatoribus imperitis vel per se officium non frequentantibus

^b quoniam VL 3883, VL 6343, Paris 4172 quod

^c quod VL 6343, Paris 4172 et

^d non VL 6343, Paris 4172 numquam

DE BULLIS RESCRIBENDIS ET SALARIO NON SOLVENDO ANTE EXPEDITIONEM BULLE^a.

(13) Item, ne partes casu, quo littere earum rescribende fuerint iudicate aut etiam scriptores et abbreviatores predicti de eorum labore valeant defraudari, statuimus et etiam ordinamus, quod, quandocumque abbreviator faciendi minutam et scriptor scribendi bullam onus suscipiant partem salarii eis debiti dumtaxat, residuum vero, postquam littera huiusmodi fuerit expedita, antequam tamen transmittantur ad bullam, integraliter recipere valeant et non aliter, ut, si littere ipse scriptorum vel abbreviatorum culpa fuerint rescribende iudicate, illi, cui satisfactio fuerit impendenda, de secunda parte salarii huiusmodi efficaciter possit provideri.

^a De - bulle VL 6343; VL 3883 Detur medietas salarii abbreviatori et scriptori, quando laborant, reliquum, postquam est expedita et transmittenda

BULLE RESCRIBENDE CUIUS EXPENSIS SCRIBI DEBEANT^a.

(14) Item statuimus et etiam ordinamus, ut, quotienscumque iudicatum fuerit litteram aliquam rescribendam, iudicium super hoc in capite ipsius littere ponatur et cuius culpa, videlicet si abbreviatorum vel scriptorum aut partis, que litteram ipsam procurat. Et si littera huiusmodi scriptorum vel abbreviatorum culpa rescribenda fuerit iudicata, ex tunc senescallus sive custos predictus illam in continenti de ipsius domini vicecancellarii, quem super hoc reddat attentum, mandato rescribentario assignet, iniungens eidem, quod litteram predictam rescribi et in prima Cancellaria ex tunc immediate sequenti ipsam rescriptam reportari^b faciat et procuret illamque, postquam auscultata fuerit, ut moris est, cum rescripta ulterius abbreviatori, qui eam iudicavit rescribendam, si presens fuerit, alioquin alteri pro eo assignet abbreviatori ulterius expediendam, quam expeditam sine aliis partis litteram ipsam procurantis expensis satisfacto illi de secunda parte salarii ex tunc restituit^(is)^c, cui satisfactio fuerit impendenda, transmittat ad bullam. Si vero littera aliqua partis predicte culpa rescribenda fuerit iudicata, de illa pars ipsa taxam solvat inferius moderatam et non ultra¹. Ille autem, qui ex custode, scriptore vel abbreviatore predictis in premisis seu eorum aliquo repertus fuerit negligens vel remissus, duorum florenorum auri de Camera pro una vicecancellario predicto et alia medietatibus penitentiariis minoribus predictis irremissibiliter persolvendorum penam incurrat ipso facto.

¹ Vgl. Eugen IV. ME 9A

^a Bulle - debeant VL 6343; VL 3883 De modo rescribendi et, si culpa officialis, illi imputetur, si partis, ipsa solvat

^b reportari VL 3883 portari

^c restituit(is) VL 3883 retenti; VL 6343 *folgt* vel retinenti; Paris 4172 *folgt* alias retenti

DE ABBREVIATORIBUS ASSUMENDIS PER NOTARIOS DICTE SEDIS^a.

(15) Item, quia notarii dicte sedis plures litteras, quarum confectio et expeditio ad eorum spectat^b officium, per se facere nequeunt, illas per alios fieri faciunt abbreviatores, quos aliquando minus recipiunt peritos et expertos, unde partibus illas prosequentibus inconvenientia subsequuntur, statuimus, quod nullus notarius de cetero aliquem in suum recipiat abbreviatorem, nisi prius dicti vicecancellarii auctoritate per alios sibi assistentes abbreviatores examinatus fuerit et approbatus et tamquam talis per vicecancellarium prefatum ipsi notario assignatus et, si aliquis non idoneus impresentiarum fuerit, mutetur et de alio provideatur iuxta supradicta.

^a De - sedis VL 6343; VL 3883 Notarii sedis apostolice non recipiant abbreviatorem, qui pro eis expedit, nisi cum licentia vicecancellarii vel regentis

^b spectat Paris 4172 expectat

DE EXCESSIVA TAXA^a.

(16) Item, quia aliquando contigit^b, quod littere apostolice nimis^c excessive^d taxantur et ab eisdem notariis, scriptoribus et abbreviatoribus excessivum petitur salarium, statuimus et etiam ordinamus, quod notarii, scriptores et abbreviatores prefati ultra felicis recordationis Iohannis pape XXII et alias inferius annotatas et specificatas taxas nullatenus recipere presumant etiam sponte oblatum et, si pars ante vel post ipsarum litterarum expeditionem de excessu conqueri voluerit, apud vicecancellarium vel eius locumtenentem conqueratur, qui habito consilio cum assistentibus prelibatis iudicet de excessu et, si litteram excessive taxatam seu pecuniam exactam fuisse repererit, parti lese ab illo, qui excessit, restitui faciat excessum ipseque excedens dicti vicecancellarii arbitrio puniatur.

^a De - taxa BL 2825, Paris 4172; VL 3883 Servetur taxa indicta a Iohanne XXII; VL 6343 Quod nullus exigat taxam excessivam

^b contigit VL 3883, VL 6343 contingit

^c nimis VL 6343 minus

^d VL 6343 *folgt* de excessiva taxa

DE IURAMENTO PRESTANDO PER ABBREVIATORES^a.

(17) Item, quod abbreviatores predicti, antequam ad officium abbreviature huiusmodi admittantur, in manibus^b vicecancellarii prefati tactis scripturis sacrosanctis ad sancta Dei evangelia corporaliter prestant iuramentum sub hac verborum forma: „Ego N.“ etc.

^a De - abbreviatores VL 6343; VL 3883 Abbreviatores iurent in receptione

^b VL 6343 folgt ipsius

DE IURAMENTO PRESTANDO PER SCRIPTORES^a.

(18) Item, quod earundem litterarum scriptores ante eorum etiam ad officium huiusmodi admissionem in dicti vicecancellarii manibus etiam tactis scripturis sacrosanctis ad sancta Dei evangelia in forma, que sequitur, corporale prestant iuramentum. „Ego N.“ etc.

^a De - scriptores VL 6343; VL 3883 Idem scriptores

DE RESCRIBENDARIO ET DE EIUS ASSISTENTIBUS^a.

(19) Item statuimus et etiam ordinamus, quod singulis tribus mensibus pro tempore unicus litterarum apostolicarum deputetur rescribendarius sive taxator earundem, qui sit vir bone conscientie, vite laudabilis et conversationis honeste et in occurrentibus negotiis expertus et approbatus, cui etiam per vicecancellarium deputentur duo assistentes viri probi et experti, quorum vel alterius eorum consilio iuxta superius dicta taxas apponant^b, cuius officium duret per tres menses dumtaxat, nisi suis exigentibus meritis et alias in huiusmodi suo^c officio taliter se habuerit, quod per alios tres menses ex tunc immediate sequentes et non ultra meruerit confirmari. Finito vero eius officio per ipsum vicecancellarium seu locumtenentem deputentur duo syndici, qui vocatis omnibus per cedule affixionem sua putantibus^d (!) interesse de singulis per eum gestis diligenter se informet et eum^e pro meritis eius condemnent vel absolvant, prout iustitia suadebit^f.

^a De - assistentibus VL 6343; VL 3883 Omni trimestre rescribendarius eligatur cum duobus assistentibus

^b apponant VL 6343 apponat

^c suo *fehlt* VL 6343

^d putantibus VL 6343 p(resen)tantibus

^e eum VL 6343 cum

^f BL 2825 auf dem linken Rand von jüngerer Hand Sedente Sixto pape IIII fallit hoc in N. de Gottifredis (= Nicolaus Antonius de Gottifredis), qui trina vice confirmatus fuit, XIX (= Numerierung der Absätze) et male factum

QUA HORA RESCRIBENDARIUS TENETUR ACCEDERE AD CANCELLARIAM^a.

(20) Item, quod rescribendarius pro tempore deputatus singulis diebus, quibus Cancellaria apostolica tenebitur, ad illam bona hora, qua abbreviatores venire sunt astricti, venire et in

illa, quousque finita fuerit, perseverare teneatur. In loco vero sibi pro suo exercendo officio in ipsa Cancellaria deputato et alias, quando aliquid taxandum in domo sua extra horam Cancellarie occurrit, quinternum taxas infrascriptas continentem¹ penes se habeat, iuxta quas litteras quascumque gratiam seu iustitiam continentes taxet, earum limites nullatenus excedendo omniaque alia et singula faciat et exequatur, que per rescribendarium, qui deputari consuevit, hactenus fieri consueverunt^b.

¹ Vgl. Eugen IV. **ME 9A**.

(737)^a Quorum primum^b incipit „Contra predonum^{c1}“ et istud, grossos III^{d2}.

¹ Vgl. HERDE, *Audientia* 2 S. 416-424.

² Vgl. *Johannes XXII. Nr. 54(247)*.

^a (737) fehlt GW M45266

^b primum GW M45259 pium et

^c predonum GW M45257-M45258, GW M45260, GW M45264, GW M4526410, GW M45265, GW M45267-M45269 predonem; GW M45259 predonium

^d et - III fehlt GW M45259

(738)^a „Nonnulli^b parochiani¹“, duo Turonenses cum dimidio, grossos^c II^{1/2}^{d2}.

¹ Vgl. HERDE, *Audientia* 2 S. 411-415.

² Vgl. *Johannes XXII. Nr. 54(248)*.

^a (738) fehlt GW M45266

^b Nonnulli GW M45259 Et istud nonnulli

^c grossos fehlt GW M45260, GW M45267

^d duo - II½ fehlt Roma 80; GW M45259 grossos III; ½ fehlt GW M45257-M45258, GW M45260, GW M45264, GW M4526410, GW M45265, GW M45267-M45269

(739)^a „Nonnulli^b iniquitatis filii¹“, grossos III^{c2}.

¹ Vgl. HERDE, *Audientia* 2 S. 424-431.

² Vgl. *Johannes XXII.* Nr. 54(249).

^a (739) fehlt GW M45266

^b Nonnulli GW M4526410 Nunnulli (!)

^c Augsburg 238 folgt Turonenses

(740)^a „Sub religionis habitu^{b1}“, grossos^c IIIII^{d2}.

¹ Vgl. HERDE, *Audientia* 2 S. 432f.

² Vgl. *Johannes XXII.* Nr. 54(251).

^a (740) fehlt GW M45266

^b GW M45257-M45258, GW M45264, GW M4526410, GW M45265, GW M45268-M45269 folgt id est sub regula; GW M45260, GW M45267 folgt ide(m) sub regula

^c grossos fehlt GW M45258, GW M45260

^d Augsburg 238 folgt Turonenses; GW M45257-M45258, GW M45260, GW M45264, GW M4526410, GW M45265, GW M45267-M45269 folgt quandoque V

(741)^a „Personas vestras^b et locum¹“, grossos IIIII^{c2}.

¹ Vgl. HERDE, *Audientia* 2 S. 448-451.

² Vgl. *Johannes XXII.* Nr. 54(252).

^a (741) fehlt GW M45258, GW M45260, GW M45266-M45267

^b vestras Roma 80, GW M45257, GW M45259, GW M45264, GW M4526410, GW M45265, GW M45268-M45269 nostras

^c Augsburg 238 folgt Turonenses

(742)^a „Et specialiter^b decimas <et> terras¹“, grossos IIIII^c, quandoque V^{d2}.

¹ Vgl. HERDE, *Audientia* 2 S. 449-451.

² Vgl. *Johannes XXII.* Nr. 54(253).

^a (742) fehlt GW M45258, GW M45260, GW M45266-M45267

^b specialiter GW M45257, GW M45264, GW M4526410, GW M45265, GW M45268-M45269 specialium

^c IIIII GW M45257, GW M45264, GW M4526410, GW M45265, GW M45268-M45269 IIII; Augsburg 238 folgt Turonenses

^d quandoque V fehlt GW M45257, GW M45264, GW M4526410, GW M45265, GW M45268-M45269

(743)^a Quod abbas possit corrigere, grossos III^{b1}.

¹ Vgl. Johannes XXII. Nr. 54(254).

^a (743) fehlt GW M45266

^b Augsburg 238 folgt Turonenses

(744)^a „Sub regulari habitu¹“, grossos IIII².

¹ Vgl. HERDE, Audientia 2 S. 432f.

² Vgl. Johannes XXII. Nr. 54(255).

^a (744) fehlt GW M45266

(745)^a „Cupientes terrena“, grossos IIII¹.

¹ Vgl. Johannes XXII. Nr. 54(256).

^a (745) fehlt GW M45266

(746)^a „Cupiat cum humilitate“, grossos III¹.

¹ Vgl. Johannes XXII. Nr. 54(257).

^a (746) fehlt GW M45266

(747)^a „Ad audientiam“ super usuris^{b1}, duo Turonenses cum dimidio, grossos II ½^{c2}.

¹ Vgl. HERDE, Audientia S. 123f., 135-140.

² Vgl. Johannes XXII. Nr. 54(258).

^a (747) fehlt GW M45266

^b usuris GW M45257-M45258, GW M45260, GW M45264, GW M4526410, GW M45265, GW M45267-M45269 visuris

^c duo - ½ fehlt Roma 80, GW M45259; ½ fehlt GW M45257-M45258, GW M45260, GW M45264, GW M4526410, GW M45265, GW M45267-M45269

(748)^a „Nonnulli^b monachi“, ut correctionem evitent, grossos III¹.

¹ Vgl. Johannes XXII. Nr. 54(259).

^a (748) fehlt GW M45266

^b Nonnulli Roma 80 Nonnulle

(749) In aliis vero litteris quibuscumque Audientie tres linee pro uno Turonensi^a ponantur^b in taxatione predicta et hoc^c, nisi excedat littera^d numerum XXX^e linearum^{f1}.

¹ Vgl. Johannes XXII. Nr. 54(260).

^a uno Turonensi GW M45266 l grosso

^b ponantur GW M45257-M45258, GW M45260, GW M45264, GW M4526410, GW M45265, GW M45267-M45269 ponuntur

^c in - hoc fehlt GW M45266

^d excedat littera GW M45266 littera excedat

^e XXX GW M45259 triginta

^f littera - linearum fehlt Augsburg 238

(750) Si vero littera^a excedat^b numerum^c XXX^d linearum^e, in eo, quod excedet^f ultra dictas XXX^g lineas, quia^h difficiliiores et periculosioresⁱ sunt huiusmodi littere^j ad scribendum, due linee pro uno Turonensi^k computentur¹.

¹ Vgl. Johannes XXII. Nr. 54(261).

^a littera fehlt GW M45266

^b littera excedat GW M45257, GW M45265, GW M45269 accedat littera

^c numerum GW M45257, GW M45264, GW M4526410, GW M45265, GW M45269 folgt linearum

^d XXX GW M45259 triginta

^e Si - linearum fehlt GW M45258, GW M45260, GW M45267

^f in - excedet fehlt Augsburg 238; excedet GW M45259 excedit; GW M45257-M45258, GW M45260, GW M45264, GW M4526410, GW M45265, GW M45268-M45269 excedat

^g XXX GW M45259 triginta

^h in - quia GW M45266 que; quia GW M45258, GW M45260, GW M45267 que

ⁱ et periculosiores fehlt GW M45257-M45258, GW M45260, GW M45264, GW M4526410, GW M45265-M45269

^j littere GW M45257-M45258, GW M45260, GW M45264, GW M4526410, GW M45265, GW M45267-M45269 linee

^k Turonensi GW M45266 grosso

(751) Lineam^a vero, que continet XXV^b dictiones^c, intelligi volumus in omnibus taxationibus tam litterarum gratie^d quam iustitie^e pro litteris, ut predicatur^f, faciendis^{g1}.

¹ Vgl. Johannes XXII. Nr. 54(262).

^a Lineam GW M45258-M45260, GW M45266, GW M45267 Linea

^b XXV GW M45259 viginti quinque

^c dictiones GW M45265 dictionem

^d gratie fehlt GW M45259

^e gratie - iustitie Augsburg 238 iustitie quam gratie

^f predicatur GW M45266 supradicatur

^g faciendis GW M45259 faciendum

(752)^a Volumus^b etiam, quod^c, quamdiu Romana^d curia^e fuerit^f citra montes, id^g, quod in dictis taxationibus de Turonensi exprimitur, observetur in grosso, ubi vero ultra montes,

Rome^h videlicetⁱ vel in aliis Italie partibus curiam ipsam esse contingeret, in eisdem^j taxationibus Romaninus pro Turonensi^k ponatur¹.

¹ Vgl. *Johannes XXII. Nr. 54(268)*.

^a (752) fehlt GW M45266

^b *Volumus Augsburg 238 Volunt*

^c quod fehlt GW M45257-M45258, GW M45260, GW M45264, GW M4526410, GW M45265, GW M45267-M45269

^d Romana GW M45269 Rhomana (!)

^e curia fehlt GW M45258, GW M45260, GW M45267

^f GW M45257-M45258, GW M45260, GW M45264, GW M4526410, GW M45265, GW M45267-M45269 folgt sedes

^g id *Augsburg 238 ad*

^h Rome GW M45269 Rhome (!)

ⁱ videlicet fehlt GW M45257-M45258, GW M45260, GW M45264, GW M4526410, GW M45265, GW M45267-M45269

^j eisdem GW M45257, GW M45265, GW M45269 eiusdem

^k Turonensi GW M45258, GW M45260, GW M45267 Turono

(753)^a Hec scripta sunt ex libro taxarum Iohannis XXII de verbo ad verbum.

^a (753) fehlt *Roma 80, GW M45258-M45260, GW M45266-M45267*

Super defectu natalium pro laicis^a

^a Super - laicis *Roma 80, GW M45259; Augsburg 238 Super eodem ad successiones; GW M45257, GW M45264, GW M4526410, GW M45265, GW M45268-M45269 De dispensationibus super defectu natalium pro laicis; GW M45258, GW M45260, GW M45267 De defectu natalium pro laicis rubrica; GW M45266 Dispensationes super defectu natalium pro laicis ad successiones*

(754) Dispensatio^a super defectu natalium ad successiones parentum, agnatorum^b et cognatorum^c sine preiudicio, pro una persona, grossos XXVI^{d1}.

¹ Vgl. *Johannes XXII. Nr. 79(304)*.

^a Dispensatio GW M45266 Dispensationes

^b agnatorum GW M45266 cognatorum

^c et cognatorum fehlt *Augsburg 238; cognatorum GW M45266 cognatarum*

^d XXVI fehlt *Augsburg 238; GW M45258-M45260, GW M45266-M45267 XVI*

(755) Et si in eisdem litteris dispensetur cum pluribus, pro quolibet addantur grossi VI^a.

^a VI fehlt *Augsburg 238*

(756) Et si ponatur^a clausula^b ad dignitates vel officia secularia, addantur grossi II^c.

^a Et - ponatur GW M45266 Cum autem ponitur

^b clausula *fehlt* GW M45258, GW M45260, GW M45267

^c II *fehlt* Augsburg 238

(757) Dispensatio vero^a pro baronibus et dominis locorum, pro una persona, grossos XXXV^b.

^a vero *fehlt* GW M45266

^b XXXV *fehlt* Augsburg 238; GW M45258-M45260, GW M45266-M45267 XXV

(758) Et si^a dispensetur cum^b pluribus in eisdem litteris, addantur grossi X^c.

^a Et si GW M45266 Cum

^b cum Roma 80, GW M45259 pro

^c X *fehlt* Augsburg 238

(759)^a Si vero dispensaretur^b cum preiudicio venientium ab intestato, in huiusmodi litteris addantur pro nobilibus grossi X^c.

^a (759) *fehlt* GW M45266

^b dispensaretur GW M45259 dispensetur

^c pro - X Augsburg 238 grossi; X Roma 80 XX; GW M45257, GW M45264, GW M4526410, GW M45265, GW M45268-M45269 X alias XX; GW M45259 decem

(760)^a Et pro aliis, grossi VI^b.

^a (760) *fehlt* GW M45266

^b VI *fehlt* Augsburg 238; GW M45258, GW M45260, GW M45267 V; GW M45259 quinque

(761)^a Adverte tamen, quod^b hodie huiusmodi littere plus taxantur, videlicet pro una persona <ad> grossos XXX^c.

^a (761) *fehlt* GW M45266

^b quod Roma 80 quia

^c XXX GW M45258-M45260, GW M45267 XX

(762)^a Et pro qualibet alia in eisdem litteris addantur grossi X^b.

^a (762) *fehlt* GW M45266

^b X GW M45259 decem

(763)^a Et licet in libro Iohannis XXII^b reperiatur^c dispensatio super defectu natalium taxata ad grossos^d XII^{e1}, ibi tamen dicitur quoad beneficia^f et non ad^g successiones^h, propterea indiget informationeⁱ.

¹ Vgl. *Johannes XXII. Nr. 79(297)*.

^a (763) fehlt GW M45266

^b GW M45257-M45258, GW M45260, GW M45264, GW M4526410, GW M45265, GW M45268 folgt sic

^c reperiatur GW M45257-M45258, GW M45264, GW M4526410, GW M45265, GW M45268-M45269 reperiatur; GW M45257-M45258, GW M45260, GW M45264, GW M4526410, GW M45265, GW M45267-M45269 folgt videlicet

^d grossos fehlt *Augsburg 238, Roma 80, GW M45259*

^e XII GW M45259 duodecim

^f beneficia *Roma 80, GW M45258-M45260, GW M45267* beneficium

^g ad *Roma 80, GW M45268* quoad

^h successiones GW M45259 successionem

ⁱ informatione GW M45257-M45260, GW M45264, GW M4526410, GW M45265, GW M45267-M45269 reformatione

De erectionibus^a et foundationibus^b

^a erectionibus GW M45259 ersionibus (!)

^b De - foundationibus *Augsburg 238, Roma 80, GW M45257-M45260, GW M45264, GW M4526410, GW M45265-M45269; GW M45258, GW M45260, GW M45267* folgt Rubrica

(764) Fundatio unius capelle, grossos XVI.

(765)^a Erectio oratorii^b in domum conventualem, grossos^c XXX.

^a *Roma 80 am rechten Rand Adde*, quod est supra folio 14 ibi „Quod capella“ = (551)

^b Erectio oratorii GW M45266 Oratorii erectio

^c grossos fehlt GW M45260

(766) Erectio parochialis ecclesie^a, grossos XX^b.

^a Erectio - ecclesie GW M45266 Parochialis (!) ecclesie erectio

^b XX GW M45259 viginti

(767) Erectio monasterii vel collegiate ecclesie^a, grossos^b XL^{c1}.

¹ Vgl. *Johannes XXII. Nr. 79(358)*.

^a Erectio - ecclesie GW M45266 Monasterii vel collegiate ecclesie erectio

^b grossos fehlt GW M45260, GW M45266-M45267

^c XL *Roma 80 XXXX; GW M45259* quadraginta

(768) Erectio cathedralis ecclesie^a, grossos L¹.

¹ Vgl. *Johannes XXII. Nr. 79(357)*.

^a Erectio - ecclesie GW M45266 Cathedralis ecclesie erectio

(769) Erectio vel creatio^a dignitatis maioris^b post pontificalem in cathedrali^c vel principalis^d in collegiata^e, grossos^f XX^g.

^a Erectio - creatio GW M45266 Creatio vel erectio

^b maioris *fehlt Roma 80*

^c in cathedrali *fehlt GW M45258, GW M45260, GW M45267*

^d GW M45257-M45258, GW M45260, GW M45264, GW M4526410, GW M45265, GW M45268-M45269 principalem; GW M45259 principalic (!)

^e collegiata GW M45259 collegata (!)

^f grossos *fehlt GW M45266;*

^g grossos XX GW M45259 grossi viginti

(770) Creatio^a dignitatis inferioris vel canonicatus et prebende, grossos XVI.

^a Creatio *Roma 80, GW M45258-M45260, GW M45267* Erectio

(771) Et si plures in eisdem litteris, pro qualibet addantur^a grossi^b V.

^a pro - addantur GW M45257-M45258, GW M45260, GW M45264, GW M4526410, GW M45265, GW M45267-M45269 addantur pro quolibet

^b qualibet - grossi GW M45266 quolibet

(772)^a Erectio^b studii generalis^c, grossos CL.

^a *Roma 80 am rechten Rand Quere supra folio III = (93)-(96)*

^b Erectio GW M45267 Eerctio (!)

^c Erectio - generalis GW M45266 Generalis studii erectio

(773)^a Translatio studii de uno loco ad^b alium, grossos^c LX¹.

¹ Vgl. *oben (374)*.

^a *Augsburg 238 am linken Rand Concordat cum libro (ohne Entsprechung in Johannes XXII. Nr. 77)*

^b ad GW M45266 in

^c grossos *fehlt GW M45266*

(774) Erectio oppidi^a in civitatem cum creatione dignitatis episcopalis et erectione^b ecclesie cathedralis simul¹, grossos M^c.

¹ *1462 August 13 erhob Pius II. seinen Heimatort Corsignano zum Bistum Pienza, vgl. BR 5, S. 166-169 Nr. 10.*

^a oppidi GW M45259 episcopi

^b erectione GW M45259 creatione

^c M GW M45257, GW M45259, GW M45264, GW M4526410, GW M45265, GW M45268-M45269 mille

(775) Erectio secularis beneficii^a cum suppressione^b monasterii vel alterius dignitatis, grossos^c XXV^d.

^a Erectio - beneficii GW M45266 Secularis beneficii erectio; GW M45258, GW M45260, GW M45267 folgt et

^b suppressione GW M45259 suspensione

^c grossos fehlt GW M45260, GW M45267

^d XXV GW M45257, GW M4526410, GW M45265, GW M45268-M45269 XX; GW M45266 X[XV]

(776)^a Fundatio hospitalis, grossos XVI^b.

^a (776)-(777) in GW M45258, GW M45260, GW M45264, GW M4526410, GW M45265, GW M45267-M45269 erst nach (778)

^b XVI GW M45266 X[XVI]

(777)^a Fundatio domus beguinarum^b, grossos XX^c.

^a (776)-(777) in GW M45258, GW M45260, GW M45264, GW M4526410, GW M45265, GW M45267-M45269 erst nach (778); (777) in GW M45266 erst nach (778)

^b beguinarum GW M45257, GW M4526410, GW M45265, GW M45268-M45269 begunorum; GW M45258, GW M45260, GW M45267 benguarum; GW M45259 beginarum; GW M45266 benignarum

^c XX GW M45258, GW M45260, GW M45267 XXV; GW M45266 X[X]

Augsburg 238, GW M45266.	GW M45257-M45258, GW M45260, GW M45264, GW M4526410, GW M45265, GW M45267-M45269.
(778) ^a Erectio hospitalis Papiensis ^{b1} <taxatur> ad ^c grossos C.	In libro Iohannis XXII reperitur taxata erectio hospitalis Papiensis, grossos C.

¹ Der Baubeginn des Hospitals von S. Matteo in Pavia war 1449.

^a (778) fehlt Roma 80, GW M45259

^b Erectio - Papiensis GW M45266 Hospitalis Papiensis erectio

^c taxatur ad fehlt GW M45266

(779)^a Erectio domus religiosorum, que non sit conventualis, grossos XX.

^a (779) fehlt GW M45266; in GW M45258, GW M45260, GW M45267 erst nach (781)

(780)^a Et si in^b predictis casibus cumulentur plures gratie simul videlicet erectio, creatio dignitatis^c et collatio illius vel unio alterius beneficii, pro qualibet gratia addantur grossi X^d.

^a (780) fehlt GW M45266

^b in fehlt Roma 80

^c dignitatis GW M45258, GW M45260, GW M45267 dignitas

^d X GW M45259 decem

(781)^a Et adverte, quia in libro Iohannis XXII^b non reperiuntur omnes casus predicti, sed duo vel tres tantum, qui^c non concordant cum huiusmodi taxis, nam dicit, quod licentia fundandi ecclesiam vel monasterium aut hospitale vel capellam cum cimiterio et aliis officinis^d taxantur ad^e grossos XL^{f1}.

¹ Vgl. Johannes XXII. Nr. 79(245); Roma 80 am rechten Rand folio 24 (Bezug unklar).

^a (781) fehlt GW M45266

^b XXII GW M45269 XII

^c qui GW M45258, GW M45260, GW M45267 quia

^d officinis GW M45257 officii; GW M45264, GW M4526410, GW M45265, GW M45268-M45269 officiniis

^e officinis - ad fehlt GW M45258, GW M45260, GW M45267; taxantur ad fehlt Augsburg 238; GW M45257, GW M45264, GW M4526410, GW M45265, GW M45268-M45269 etc.

^f taxantur - XL fehlt GW M45259; XL Roma 80 XXXX

(782)^a Expliciunt taxationes Cancellarie per me I. Radez^b.

^a (782) fehlt Roma 80

^b Expliciunt- Radez Augsburg 238; GW M45257-M45258, GW M45265, GW M45269 Taxe Cancellarie apostolice finiunt feliciter; GW M45259 Finis est laus Deo. Impressum quidem Romae (!), pridie kalendarum maii millesimo quadringentesimo septuagesimo nono (= 1479 April 30); GW M45260, GW M45267 Finit foeliciter (!); GW M45264, GW M4526410, GW M45268 Taxe Cancellarie apostolice finiunt feliciter / Registrum foliorum / „Taxe“ (vor 1) / „thedralium“ (= 88) / De indultis = vor (296) / „Licentia“ = (360) / „Concessio“ = (507) / „Quod preceptor“ (= 642); GW M45266 Taxe Cancellarie apostolice finiunt

RS 267, fol. 125r; **Teildruck**: SCHWARZ, *Karriere Leon Battista Albertis* S. 61 Anm. 68.

PRO SECRETARIIS.

ME 3. Dignetur sanctitati vestre confirmare quandam concessionem et declarationem in quaterno Cancellarie descriptam olim per felicis recordationis Martinum papam quintum predecessorem vestrum super certis emolumentis de nonnullis minutis percipiendis per secretarios vestre sanctitatis factam¹ ac mandare reverendo patri domino patriarche Gradeni² Cancellariam sanctitatis vestre regenti, ut omnes litteras, in quibus huiusmodi minute consistunt et quas ipsi secretarii hactenus signare consueverunt, iuxta formam concessionis et declarationis predictarum ab eis recipiat, expediat et ad bullam mittat, prout est hactenus per vicecancellarium et regentes Cancellariam fieri consuetum. Fiat, G<abriel>³. Datum Rome apud Sanctum Petrum, decimo kalendas aprilis anno primo^{a4}.

¹ = *Martinus V.* OT 157.

² *Blasius de Molino.*

³ *Gabriel Condulmer = Eugen IV.*

⁴ 1431 März 23.

^a *Layoutendnote*

Bamberg 68, fol. 168v-169v; **RV 372 Rubr.**, fol. 9v; **RV 372**, fol. 274v-275r; **Kraków 1288**, fol. 185r-185v; **München 577**, fol. 71r-71v; Padova 61; **GW 5725-5736**, **GW M29936**; **Druck**: BR 5 S. 10f. Nr. 5 (mit Datum 1432 März 8); **Regest**: HOFMANN, *Forschungen* 2 S. 11 Nr. 41.

PRIVILEGIUM CURIALIUM^a.

RV 372.	Alle anderen Textzeugen.
---------	--------------------------

ME 12. Eugenius episcopus servus servorum Dei^b. Ad futuram^c rei memoriam.

In eminenti sedis apostolice specula divina	Divina in eminenti sedis apostolice specula
---	---

disponente clementia constituti ad ea libenter intendimus, per que officiales predictae sedis obsequiis eius, ad quam velut fidelium omnium matrem pro animarum salute querenda et^d iustitia consequenda^e de diversis mundi partibus confluit multitudo, tutius et quietius se promptiores valeant exhibere. Hinc est, quod nos ex certis rationalibus causis moti etiam nonnullorum predecessorum nostrorum vestigiis inherentes districtius inhibemus locorum ordinariis et officialibus^f nec non commissariis et delegatis eorum ceterisque universis et singulis, quacumque potestate et auctoritate fungantur^g, cuiuscumque dignitatis, status^h, gradus vel preeminentie fuerint, ne contra officiales prefatos, quocumque nomine nuncu-

penturⁱ, nostris et dicte sedis obsequiis nunc et pro tempore insistentes^j nec non quoscumque alios pro suis aut eorum causis vel negotiis prosequendis ad sedem predictam venientes ac in ea durante^k negotiorum et causarum huiusmodi prosecutione moram trahentes et recedentes ab ea^l procedere aut in eos excommunicationis, suspensionis vel interdicti aut privationis officiorum ac beneficiorum seu quamvis aliam sententiam promulgare presumant. Nos enim omnes et singulos processus ac sententias contra tenorem et mentem nostre^m inhibitionis huiusmodi latos et habitos ac in posterum habendos et etiam promulgandosⁿ et quecumque inde secuta declaramus atque decernimus^o nulla, irrita et inania nulliusque extitisse vel existere roboris vel momenti nec non, quidquid in contrarium a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attemptatum forsitan est hactenus vel in posterum attemptari contigerit, etiam decernimus irritum et inane. Et nihilominus in omnes et singulos ordinarios ac officiales, commissarios et delegatos eorum, qui se de dignitatibus aut beneficiis ecclesiasticis quibuscumque officialium aut negotia huiusmodi apud dictam sedem prosequentium predictorum eos illis forsitan privando aut privatos decernendo vel declarando seu cuiusvis privationis pretextu illa personis aliis conferendo seu de illis in eas quomodolibet disponendo **intromiserint**, tam^p in dantes quam in recipientes excommunicationis, suspensionis et interdicti latas sententias promulgamus, quas volumus eos^q incurrere ipso facto, a qua quidem excommunicationis sententia absolvi nequeant preterquam a nobis vel deputando per nos^r preterquam in mortis articulo constituti. Premissa autem a die affixionis presentium ad valvas basilice principis apostolorum de Urbe ex certa scientia quoscumque ligare volumus et artare, non obstantibus apostolicis et in quibusvis^s generalibus ac provincialibus vel sinodalibus conciliis editis constitutionibus et ordinationibus ac decretis et^t privilegiis, etiamsi de illis eorumque totis tenoribus et effectibus habenda^u esset in presentibus mentio specialis, et que^v presentibus haberi volumus pro sufficienter expressis, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre inhibitionis, declarationis, constitutionis et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Rome apud sanctum Petrum, anno incarnationis dominice^w MCCCCXXXII^x, octavo idus martii pontificatus nostri anno secundo^y¹.

N. de Cremonensibus².

¹ 1433 März 8.

² N. de Cremonensibus.

- ^a Privilegium curialium *Bamberg 68, Kraków 1288, Padova 61; RV 372* Conceditur bulla in favorem curialium seu venientium ad Romanam curiam vel de illa recedentium in sequendo vestigia predecessorum Romanorum pontificum
- ^b *RV 372 am Kopf auf dem linken Rand A. de Florentia (= Andreas de Florentia)*
- ^c futuram *Padova 61* perpetuam
- ^d et *Padova 61* est
- ^e consequenda *Padova 61* prosequenda
- ^f et officialibus *fehlt Padova 61*
- ^g fungantur *Padova 61* prefulgeant
- ^h status *fehlt Padova 61*
- ⁱ *Padova 61* *folgt* in
- ^j insistentes *Padova 61* existentes
- ^k durante *Padova 61* durantes
- ^l ea *Padova 61* eadem
- ^m nostre *fehlt Padova 61*
- ⁿ latos - promulgandos *Padova 61* latas et habitas ac in posterum habendas et etiam promulgandas
- ^o atque decernimus *fehlt Padova 61*
- ^p disponendo - tam *Padova 61* intromittendo
- ^q eos *fehlt Padova 61*
- ^r deputando per nos *Padova 61* per nos deputandos
- ^s quibusvis *Padova 61* quibuscumque
- ^t ac decretis et *Padova 61* apostolicis
- ^u habenda *Padova 61* huiusmodi habentur
- ^v que *fehlt Padova 61*
- ^w incarnationis dominice *RV 372* etc.
- ^x MCCCCXXXII *Padova 61* millesimo quadringentesimo tricesimo secundo
- ^y secundo *Padova 61* II

RL 364, fol. 101v-114r (Kopien von B.S.); **Toledo 25, fol. 1r-32r** (nicht kollationiert); **Druck:** TEIGE, *Audientia S. LI-LXXXII* (nach Roma, *Cod. Casanat. D. V. 48, sec. XVIII, und mit Datum 1434 März 8*); **Regest:** HOFMANN, *Forschungen* 2 S. 12 Nr. 43.

ME 13. Eugenius episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Gerentes in terris licet immeriti vices illius, qui (cum) omnia secundum temporum qualitates recto moderamine corrigit rectoque disponit indicio, ad ea libenter adhibemus sollicitudinis nostre partes, per que officia Romane curie et eius officiales per operam provisionis et moderationis nostre iuste et salubriter dirigantur. Sane cum in publica litterarum contradictarum apostolice sedis Audientia, que tamquam preconis vox et ignara silentii pro intimandis citationibus, vocandis, contumacibus, rescriptisque de iustitia sive mixtis et aliis litteris apostolicis ceterisque scripturis ibidem publicandis cum certa suorum officialium, ordinatione extitit instituta nonnullas constitutiones et regulas felicis recordationis Iohannis pape XXII. predecessoris nostri observandas tradiderit, quedam etiam per dicte Audientie auditores et alios diversis vicibus et temporibus edite fuerint, in quarum aliquibus etiam Romani pontificis auctoritas intervenit. Nos attendentes ex illis plurimas esse, que licet suis temporibus utiliter providerent, propter temporum mutationes et casuum varietates superflue remanebant, earum etiam aliquibus per contrarias consuetudines extiterat derogatum, omnes

antedictas regulas, consuetudines et ordinationes diligenter examinari mandavimus, cuius examinationem ad diligentem executionis excussionem [ac] relationem et ponderata consideratione, que utilia sunt reservantes, superflua et inutilia ac modernis temporibus non congruentia [cassantes], aliqua etiam docente experientia necessaria et utilia de novo condentes et per diversa capitula debito ordine collocantes ac inferius de verbo ad verbum describi facientes, laudamus, approbamus ac presentis scripti patrocinio communimus omnesque alios ordines et regulas ipsius officii presentibus non insertas tollimus, cassamus et annullamus, absolventes insuper omnes et singulos dicte Audientie officiales et alios quoscumque etiam iuramento ad illos astrictos ab illarum usu et observantia mandamusque has, quas eque, rationabiliter et digeste tradimus constitutiones et regulas per vicecancellarium et dicte Audientie auditorem illiusque lectores, procuratores, notarios et officiales et quoscumque alios, quos tangunt, inviolabiliter perpetuis futuris temporibus observari.

UNUS LIBER OFFICII [SIT], QUI REMANEAT PENES AUDITORES

(1) Unus sit liber officii cartarum pergameni cum tabulis coopertus et ornatus competenter, in quo presentes constitutiones scripte sint de bona littera cum competenti miniatura, et in earum principio sit scriptum evangelium illud sancti Iohannis „In principio erat verbum“, super quo possint semper iuramenta prestari, et liber ipse per auditorem teneatur et qualibet die Audientie ad ipsam Audientiam deferatur, ubi maneat usque ad finem ipsius Audientie. Sint etiam in fine dictarum constitutionum alique carte vacue, in quibus scribantur nomina presentium procuratorum manu presentis auditoris et successive describantur nomina admittendorum per auditorem officii iuxta formam traditam infra sub titulo „De officio procuratorum“ in capitulo „Si quis ad officium“, et in capitulo „Facta autem“.

QUOD QUILIBET PROCURATOR DEBEAT HABERE COPIAM CONSTITUTIONUM INFRA MENSEM ET PERDENS ILLAS DEBET PROCURARE ALIAS INFRA XV DIES.

(2) Singuli procuratores habere debeant in bona littera et competenti carta presentes constitutiones, que sue sint, infra unum mensem a die publicationis earum, et futuri eas habere debeant infra dictum mensem a die sue admissionis, nullo unquam tempore ipsas in officio permanentes alienaturi, immo, si eas aliquo casu perderent, infra dies quindecim alias habituri omni exceptione cessante.

QUOD SOLI PROCURATORES AUDIENTIE CONTRADICTARUM POSSINT IMPETRARE ET CONTRADICERE, QUORUM NOMINIBUS DEBENT FORMARI ACTA.

(3) Nullus ad procurandum quascumque litteras et illis contradicendum in dicta Audientia, qui non sit ipsius Audientie procurator, quomodolibet admittatur, etiamsi esset principalis persona, extra tamen Audientiam coram auditore possint et principales et alii procuratores et advocati dicere et allegare semper dicto procuratore Audientie impetrante et contradicente presente. In quorum tantum procuratorum Audientie personis omnia acta formentur.

IMPETRANS LITTERAS DEBEAT A TERGO ILLIUS PONERE NOMEN SUUM ET DE PENA EXPEDIENTIS LITTERAS SINE NOMINE, ETIAM PROCURANS NON PONENTIS NOMEN SUUM.

(4) Impetrans aliquam litteram per Audientiam contradictarum nomen et cognomen suum manu propria apponat a tergo litterarum, quas impetrat, et qui litteram expediens in Audientia presentaverit et nomen suum non apposuerit, penam unius grossi incurrat, cum hoc tamen, quod littere nisi nomen apposuerit, non expediantur in audientia nec per cancellariam nec per alia loca, ubi transire debent, et si aliquam litteram sine dicto nomine expediri contigerit, eum, qui expediverit, decernimus sententiae excommunicationis subiacere, a qua nisi per auditorem ipsius audientie absolvi non possit. Et cum hoc officium procuratoris Audientie perdat, si fuerit procurator, si vero alius, quinquaginta florenos solvat ante absolutionem, quorum tertia pars Camere apostolice, alia tertia auditori et alia officio applicetur.

DE LITTERIS PORTANDIS AD PRIMAM CAMERAM ET EXPEDIENDIS PER AUDIENTIAM AC PENA EXPEDIENTIUM LITTERAS NON COMPUTATAS IN PITAPHIO PROCURATORUM.

(5) Item, quod quilibet procurator Audientie predicte omnes et singulas litteras executoriales remissoriarum, sequestrorum, „Conquestus¹“, rescripta „Ea que de bonis²“ et alias quascumque ad Cameram primam notariorum nostrorum portari solitas singulis diebus, quibus de mane diei ex tunc sequentis Audientia contradictarum tenebitur, fideliter et attente bona hora ad locum sibi assignatum a tergo signatas apportet seu per alium eius socium dicte Audientie procuratorem portari procuret, alias vero litteras ad primam Cameram huiusmodi minime portari consuetas, ulterius „Significavit³“ et alias quascumque nomine procuratoris a tergo signari solitas suo nomine a tergo manu sua signatas per

1

2

3

computatorem dicti officii computandas et in pitaphio scribendas de mane in Audientia contradictarum publice et aperte exhibeat et antequam in pitaphio huiusmodi compute fuerint de banco dicti officii nullatenus recipere presumat et, si aliqua talis littera in Cancellaria, in plumbo, registro aut alio loco quocumque taliter non exhibita aut computata reperta fuerit, procurator ille, cuius nomen a tergo talis littere manu propria appositum fuerit, per unum annum ab officio et emolumentis eiusdem sit suspensus^a.

^a *Layoutendnote*

(6) [Quod] procurator dicte Audientie impetrans seu procurans aliquam litteram requisitus ab alio procuratore habente mandatum sufficiens ad contradicendum, teneatur facere fidem de mandato, cuius vigore illam impetrat seu procurat, quod, si statim de mandato non docuerit et dilationem petierit, reservetur littera ad proximam Audientiam, in qua, si mandatum sufficiens non exhibuerit, solvat officio grossum unum et, si ulteriorem petat dilationem, detur sibi ad Audientiam, in qua, si non docuerit de sufficienti mandato, duos grossos et, si ulteriorem dilationem petat, detur sibi ad aliam Audientiam, in qua, etiamsi [non] docuerit, solvat tres grossos et littera laceretur et pro memoria littere contradicte fiat per auditorem vel eo absente per unum ex lectoribus sive sindicum dicte Audientie pro tempore unum signum crucis in dorso dicte littere pro qualibet vice ita, ut littera habens quattuor signa, laceretur et ultra [non] reportetur.

[QUOD] MANDATUM DICITUR SUFFICIENS AD IMPETRANDUM VEL CONTRADICENDUM ET QUANDO PERSONA CONIUNCTA VENIT ADMITTENDA ET QUOD PROCURATOR POSSIT IMPETRARE ET CONTRADICERE PRESENTE ET CONSENTIENTE PRINCIPALI SINE ALIA CONSTITUTIONE.

(7) Mandatum ad impetrandum illud sufficiens esse declaramus, cuius data precedit datam littere impetratae et habet claram ad impetrandum non restrictam ad beneficia vel certam causam, generalem [clausulam] et emanavit a principali persona, collegio, capitulo, conventu vel universitate, pro quibus impetratur vel ab eorum procuratore vel sindico habens clausulam impetrandi vel etiam a persona in curia presente et non aliter, usque ad tertium gradum consanguinitatis (?) inclusive ipsi, pro quo impetrat, coniuncta persona, cautione tamen arbitrio auditoris prestita per dictam coniunctam personam vel dictum procuratorem impetrantes de ratihabitione eius, pro quo impetratur mandatum non a dicta coniuncta persona emanatum, ut supra, nullum mandatum aut solum generale a principalibus habeat ad dicta sufficiens reputamus. Si tamen negaret personam illam esse talem, scilicet coni-

unctam tali gradu ei, pro quo impetratur, teneatur procurator impetrans illud probare in eisdem terminis et sub eisdem penis, quibus ipsum mandatum procuratoris alias iuxta superiora proximo capitulo statuta probandum est. Volumus tamen, quod, si persona principalis sit presens in curia, possit solo verbo procuratori Audientie impetranti prestare consensum vel in Audientia vel coram auditore sive prestat in prima productione litterarum in Audientia sive in secunda sive in tertia et hoc absque alio mandato sufficere declaramus.

Si quis procurator Audientie predicte alicui littere contradixerit, ne sint prompti procuratores ad contradicendum, cum etiam quandocumque sine causa contradicunt, statuimus, quod quilibet pro qualibet vice, qua in Audientia alicui littere contradixerit, solvat officio duos grossos, quos illico exburset, alias contradicendo non admittatur. Requisitus autem ab ipso procuratore impetrante de mandato sufficienti ad contradicendum teneatur illud exhibere. Si quis autem contradixerit et mandatum promptum non habuerit et dilationem petat iuretque requisitas, quod illam malitiose non petit, ad sequentem Audientiam dilationem habeat nec in prima Audientia, in qua se opponit, teneat aliquam causam contradictionis allegare, cum de illa forte informatus non sit, sed, [si] in sequenti Audientia de sufficienti mandato docuerit et aliquod sufficiens opposuerit litteris, teneatur ad diffiniendum sufficientem causam absolutionis vel lacerationis. Si autem de sufficienti mandato non doceat aut etiam doceat, sed nihil sufficiens opponat, littera statim absolvatur et in eius penam duos grossos solvat officio et pars in medietate taxe ipsius littere et in expensis eius contradictionis occasione factis condemnetur. Si autem dilationem ulteriorem ad mandatum exhibendum petierit, auditor illam dare possit, si ipsi videbitur, solutis tamen prius predictis duobus grossis officio, non tamen concedatur dilatio ultra sequentem diem, infra quem, si mandatum predictum non produxerit aut aliquod sufficiens non opposuerit, tunc parti adverse in tota taxa littere contradicte cum expensis dicte contradictionis occasione factis et officio in aliis quattuor grossis condemnetur et littera absolvatur. Si vero mandatum sufficiens in prima contradictione exhibeat vel ex prorogatione in secunda Audientia aut ulteriori termino iuxta prefata statuta ordinato et aliquod sufficiens contra litteras opponat, si statim illud probat vel pars confitetur, littera laceretur, si laceranda venit vel si de iudicibus et loco lis est, de iudice aut loco concordetur per totam diem illam et non ultra dilationem illam habeant, alias littera absolvatur et de iudicum suspicione stetur iuramento excipientis. Si tamen auditor ex aliquibus verisimilibus allegatis decreverit iuramentum dictum fieri alias teneatur de suspicione docere, saltem taliter, quod iuramentum veniat differendum, ubi autem, qui opponit [et] statim non probat, possit ad dilationem petere et pro qualitate facti in curia tamen probandam dilationem pro arbitrio non tamen ultra duos dies concedat audi-

tor, infra quam, si probaverit opposita littera, laceretur, si sit laceranda, ulterius de iudice concordetur et loco idoneo, provideatur et condemnetur impetrans in expensis factis per contradicentem ex dicta causa ab actu specificationis legitime oppositorum contra eas.

QUOD PLURES POSSINT UNI LITTERE CONTRADICERE SUB PENA ET MANDATO ADMITTENDI ILLOS ET QUOD PROCURATOR LITTERE NON CONTRADICENS IN PRIMA AUDIENTIA AMPLIUS AD CONTRADICENDUM ILLI NON DEBET ADMITTI.

(8) Unus et plures possunt uni littere contradicere et, si plures contradixerint, ille solus admittatur, qui statim offert mandatum et, si nullus statim exhibeat et alii uni non concedant, sed omnes admitti velint, omnes admittantur et quilibet eorum solvat duos grossos, qui in prima contradictione solvendi sunt et similiter quilibet eorum, qui non produxerit mandatum in prima Audientia per se aut cum aliis, subiiciatur pene duorum grossorum supra statutorum in **primo** capitulo contra non docentem de mandato. Penam autem suprastatutam respectu partis adverse omnes pro rata solvant contradicentes apud illum remanente, qui mandatum prebuit, omnibus autem vel pluribus ex eis de mandato docentibus inter eos unus eligatur per eos vel auditorem ipsis uni differre volentibus, qui electus solus in contradictorio remaneat, aliis omnino quiescere debentibus. Declaramus etiam, quod, qui in prima Audientia littere presentate non contradixerit, non possit ulterius contradicere salvo eo, quod de littera absoluta reportanda ad Audientiam infra sub rubrica „De calumniis“ et in titulo primo.

HIC DECLARATUR MANDATUM SUFFICIENS AD IMPETRANDUM VEL CONTRADICENDUM.

(9) Mandatum sufficiens ad contradicendum [illud] reputamus, cuius data precedit diem contradictionis facte et. si instrumentum mandati habet clausulam specialem ad contradicendum. Et reputamus insuper mandatum ad contradicendum esse sufficiens sive emanaverit a principali sive ab aliis personis et cum earum qualitatibus nominatis et expressis supra hoc titulo in capitulo „Mandatum ad impetrandum“, aut si esset littera contra aliquod collegium, capitulum vel universitatem, potest quelibet particularis persona de corpore ipsius collegii, capituli, conventus vel universitatis, que presens est in curia, etiam sine ullo mandato ipsius collegii, capituli, conventus vel universitatis procuratorem ad contradicendum constituere et mandatum censeatur esse sufficiens ad contradicendum prestita tamen arbitrio auditoris cautione de ratihabitione illius collegii, capituli vel universitatis et tamen hoc de persona collegii sufficienti ad contradicendum ad mandatum impetrandum

non extendimus. Si tamen allegaretur datam [seu] personam non esse talem, scilicet de dicto corpore illud probare teneatur in terminis et cum penis, quibus ipsum mandatum procuratoris contradicentis alias probandum esset, de quibus supra in hoc titulo in capite „Si quis procurator“.

CAUSE CONTRADICENDE

(10) Nulli littere contradici potest, nisi in causis infrascriptis, ulterius ratione deficientis vel insufficientis mandati impetrantis vel ratione loci vel iudicis vel pendentie litis coram alio iudice in curia vel extra curiam cause eiusdem, super qua littera impetratur, que per litteram contradictam nullo modo vel non sufficienter advocetur, vel ratione excommunicationis eius, pro quo impetratur, que tamen excommunicatio taliter opponatur et probetur, quod concludatur illum fuisse excommunicatum et tempore impetrationis non potuisse esse absolutum preter quam in casibus, in quibus a iure permittitur excommunicato impetrare.

Item ex eo, quod is, contra quem impetratur, [non] sit presens in curia, quia contra ipsos presentes volumus causas extra curiam committi. Ex nulla autem alia causa admittatur quis ad contradicendum. Nulla autem littera semel contradicta possit per aliquem preter auditorem vel eius locumtenentem absolvi etiam partium accedente consensu.

CASSANTUR ANTIQUE CONSUECUDINES AUDIENTIAM ET EIUS SUPPOSITOS CONCERNENTES.

(11) Ne pretextu allegate consuetudinis lites oriantur, omnes antiquas et usque nunc observatas consuetudines abolemus et illas tantum observari volumus, que in presenti constitutione edite ad constitutiones scriptas redacte sunt.

QUOD AUDITOR DEBET ESSE DOCTOR IN ALTERO IURIUM VEL LICENTIATUS ET QUOD OFFICIUM SIT PERPETUUM ET NON VACET PER PROMOTIONEM AD ALTERAM DIGNITATEM NISI AD CARDINALATUM DUMTAXAT.]

(12) Unus sit dicte Audientie contradictarum auditor secularis et non religiosus in altero iurium licentiatus cum rigore examinis et doctor, qui per summum pontificem deputetur. Eius officium sit perpetuum ad vitam ipsius auditoris nec per alicuius dignitatem etiam episcopalem, archiepiscopalem aut patriarchalem expiret, sed ex solo cardinalatu illud vacare volumus.

AUDITOR DEBET HABERE PRIMUM LOCUM INTER ALIOS PRELATOS CURIE ROMANE.

(13) Auditorem presentem in capella et consistorio et locis omnibus iuxta laudabilem curie consuetudinem primum locum inter omnes archiepiscopos et episcopos ac inferiores, oratoribus principum, dominorum sive comitatus exceptis, in eundo, stando et sedendo tenere volumus, post quem statim sequi volumus correctorem litterarum apostolicarum.

QUOD AUDITOR TENETUR PORTARE ROCHETTUM ET CAPPAM, UT APUD ALIOS PRELATOS EST CONSUETUDO, ET CAPPELLUM NIGRUM.

(14) Auditor predictus etiamsi clericus in minoribus esset portet cacciam ac rochettum, nisi religiosus esset, cui religioso rochetti habitus prohibetur. Portet etiam cappam, ubi apud alios prelatos usus cappe servatur. Deferat etiam cappellum nigrum, tamen totum (sic), nisi alias ratione alterius dignitatis cordis foderatum viridibus uti possit.

QUOD AUDITOR SOLLICITET VENIRE AD MISSAM ET AUDIENTIAM QUODQUE ETIAM POSSIT DARE BENEDICTIONEM, SI EPISCOPUS VEL ABBAS FUERIT.

(15) Sollicitet auditor, quantum potest, Audientiam predictam. Veniendo ad missam summo mane in capella procuratorum celebrandam et postea in audiendo [et] sedendo tam in capella quam Audientia semper stet cum cappa. Possitque ipse auditor, si alias sit episcopus vel abbas, cum in omnibus actibus Audientie iurisdictionem ordinariam habere noscatur, in ipsa missa et in quibuscumque divinis officiis inter procuratores officii contradictarum secundum presentis constitutionis statuta celebrandis facere benedictionem.

HIC AUTEM DECLARANTUR ILLA, QUE AUDITOR HABEAT FACERE IN AUDIENTIA.

(16) Officium auditoris, quod ordinarium in curia [est], [sit], quod possit litteras in Audientia procurandas in publica Audientia procuratorum absolvere, arrestare vel lacerare, super illis processus facere et sententias ferre, iudices vel executores in discordia partium mutare, ponere et deputare et quecumque agere, que hiis constitutionibus statuta sunt, possitque ratione officii sui excommunicare et absolvere tam personas officii quam alias ratione alicuius rei vel actus ad dictum officium pertinentes.

QUOD AUDITOR VEL EIUS LOCUMTENENS IN LITTERIS ET BULLIS ET SIGNANTER CANCELLANDO VEL RADENDO MANUM APPONERE QUODQUE ETIAM QUILIBET LECTORUM POTEST PONERE IN LITTERIS LEGENDIS IN EADEM AUDIENTIA ALIAS NULLUS CUIUSCUMQUE DIGNITATIS AUT GRADUS NISI SIT VICECANCELLARIUS AUT A VICECANCELLARIO DEPUTATUS VEL CORRECTOR LITTERARUM

APOSTOLICARUM RATIONE SUI OFFICII IN LITTERIS APOSTOLICIS BULLATIS VEL NON BULLATIS, POSTQUAM SIGNATE SINT, QUECUMQUE CORRIGERE, ADDERE, DISTRAHERE AUT ALIAS QUOMODOCUMQUE SCRIBERE VEL CANCELLANDO VEL RADENDO MANUM IN EIS APPONERE POSSIT.

(17) Concedimus tamen auditori predicto, ut in litteris, que in Audientia predicta de more leguntur, quantum ad eius officium pertinet, scribere, cancellare et detrahere libere et licite possit sine ulla pena vel nota, quod etiam in auditoris absentia suo locumtenenti libere permittimus. Quantum vero ad absolutiones litterarum et appositiones illorum verborum „Lecta in Audientia" in ipsius auditoris absentia hoc etiam uni ex lectoribus Audientie libere permittimus.

QUOD SOLUS AUDITOR DEBET PONERE ILLA VERBA DE PROCURATORUM CONSENSU ET DE PENA CONTRA FACIENTES.

(18) Potest solus auditor hec vel similia verba de procuratorum vel partium consensu in quibusvis litteris, que in Audientia proponuntur, apponere, qui, cum sibi de horum consensu constiterit, illa apponat et, si quis alius verba ipsa apponere presumpserit, penam excommunicationis ipso facto incurrat.

QUOD AUDITOR IN EIUS ABSENTIA POTEST DIMITTERE LOCUMTENENTEM ET QUOD DE AUDITORE DICITUR, HOC DE LOCUMTENENTE INTELLIGI DEBET, SALVIS PREEMINENTIIS ET HABITU.

(19) Cum aliquando contingat auditores a curia absentari, volumus ipsum posse in officio locumtenentem dimittere pro libito voluntatis et quidquid circa iurisdictionem auditoris dicitur, hoc in eius absentia de locumtenente intelligi debet, preeminentiis tamen et habitu exceptis.

QUOD DUO TANTUM EX SCRIPTORIBUS BULLARUM DEBENT ESSE LECTORES, QUORUM OFFICIA SINT PERPETUA ET QUORUM DISPOSITIO AD PAPAM VEL EIUS VICECANCELLARIUM SPECTABIT.

(20) Duo deputentur lectores iuxta observatam consuetudinem et antiquas regulas, qui sint scriptores litterarum apostolicarum et non alii, quorum officiorum dispositio, dum ea vel aliud eorum vacare quovis modo contingat, ad Romanum pontificem vel vicecancellarium spectare volumus, et sit officium ad vitam ipsius lectoris, quamdiu tamen officium scriptorie tenebit, et non ultra.

QUOD ADMISSIONE LECTORUM AD OFFICIUM SPECTAT AD AUDITOREM SOLUTO PER EUM AUDITORI UNO BIRETO ET PARO CHIROTHECARUM ET UNO PARO CHIROTHECARUM PRO QUOLIBET PROCURATORE ET PRESTABIT IURAMENTUM.

(21) Cum de officio lectoris Audientie alicui provisum erit, admittatur ipse provisos per auditorem ad officium prius tamen solutis ipso auditori uno bireto bono duplici et uno paro bonarum chirothecarum et pro quolibet procuratore presenti uno bono paro chirothecarum valoris ad minus trium grossorum videlicet tres grossos prout admittendus ipse gratus tradabit. Et in admissione prestat ipse lector iuramentum infrascriptum.

IURAMENTUM LECTORIS ADMITTENDI AD OFFICIUM.

(22) Ego .. deputatus lector per sanctissimum dominum nostrum dominum Eugenium divina favente gratia papam quartum iuro cum omni sinceritate et fidelitate exercere officium mihi commissum in veniendo ad Audientiam et legendo, que mihi ratione officii legenda committuntur, et ultra taxam pro lectura statutam nihil recipiendo, dominum meum auditorem honorando, nihil contra eum aut iura officii procurabo seu procurari faciam, processus officii bona affectione et sinceritate tractabo, modestiam pro viribus in officio observari curabo, signa ultra scripturam super litteris in Audientia deductis et in absentia auditoris signando vel absolvendo sine omni calumnia apponam universasque et singulas officii constitutiones observabo et pro viribus observari invabo, ita me Deus adiuvet etc.

Quo iuramento facto assignetur sibi locus post alium antiquum lectorem.

QUOD LECTORES DEBENT VENIRE SINGULIS DIEBUS AD AUDIENTIAM ET AB ILLA NON RECEDERE, NISI LITTERE LECTE FUERINT, ET DE PENA NON CONVENIENTIUM.

(23) Officium lectoris sit, [quod] singulis diebus Audientie tenetur venire ad Audientiam, et ambo veniant, litteras, citationes et alias scripturas in Audientia legendas intelligibiliter et alta voce et honeste legant nec inde discedant, donec littere, citationes et scripture lecte sint, non tamen ultra tres horas, quod, si forte unus tantum venerit, alius veniens legere non omittat et, si ultra tres Audientias successive causa legitima cessante venire distulerit, tunc pars emolumenti pro rata illius diei ipsum tangentis applicetur officio procuratorum et, si contingat ambos simul non venire, tunc, quandocumque id accidit et in quacumque Audientia emolumenta ipsius diei ipsos concernentia applicentur, officio procuratorum predictorum et in eorum defectu, ne lectura ipsius diei perdat, ille, qui syndicus reperietur, lecturam faciat et, si etiam auditor esset absens, nulle littere ibidem signentur vel absol-

vantur, sed finita Audientia ad domum auditoris deferantur per ipsum signande vel absolvende.

QUOD NULLUS LECTOR POTEST SE ABSENTARE A ROMANA CURIA.

(24) [Si lector] ultra duos annos ex aliqua causa absens maneat et pro illis duobus annis licentiam specialem absentandi habeat a Romano pontifice vel vicecancellario, eam ante suum recessum debeat presentare auditori cum notario auditoris, qui de illa semper fidem faciat, et, si ultra predictos duos annos vel infra illos sine licentia se absentaverit per sex menses, sit emolumentis officii ipso iure suspensus illis et post [et] intra dictam suam absentiam et cum licentia (?) predicto officio applicandis iuxta proxime statuta. Non potest vicecancellarius vel auditor super ulteriori dilatione absentie dispensare.

QUOD NUMERO PROCURATORUM REDUCTO LOCUS VACUUS DEBET IMPLERI PER LITTERAS APOSTOLICAS A VICECANCELLARIIS.

(25) Officium procuratorum audientie contradictarum, cum per mortem aut alias quovis modo per resignationem in favorem certe persone vacare contigerit et numerus procuratorum fuerit reductus, disponatur seu locus vacans de alio impleatur aut per vicecancellarium secundum tamen qualitates et formas in talibus admittendas (infra stat in capitulo „si quis ad officium“).

DE NUMERO PROCURATORUM, QUEM TENEATUR AUDITOR DEFENDERE ET QUOD NULLUS ADMITTI DEBET NISI NUMERO REDUCTO, CUIUS REDUCTIONE LOCA NON VACABUNT NISI DUMTAXAT PER RESIGNATIONEM.

(26) Numerus procuratorum sit quindecim tantum, decimus sextus autem inter eos quoad emolumenta quecumque officio provenientia computetur auditor ad hoc, ut ipse sit sollicitus et curiosus, ne numerus augeatur, ad quod magis ipsum excitandum volumus, quod aliquo umquam tempore ipso instante, procurante immo et non resistente et contradicente aliquis contra dictum numerum augeatur vel etiam ante numerum reductum ultra eos, qui nunc exstant, aliquem admitti consenserit, intelligatur ille positus ultra numerum ad partem emolumenti dicti auditoris admissus et ipse auditor dictam suam partem usque ad reductionem numeri nullatenus recipi possit neque recipiat. Si vero aliquis locus de presentibus procuratoribus vacaverit quovis modo preterquam per resignationem in favorem alterius specificice factam, locus ille ex nunc usque ad numeri reductionem intelliga-

tur et sit cum effectu suppressus. Resignare autem volens in favorem alicuius specificae, antequam numerus sit reductus, libera sit facultas, dummodo saltem sit presens vel infra duos menses proximos a presentium publicatione presens extiterit et non aliter. Numero autem reducto quilibet renuntiare potest libere, dummodo per se ipsum personaliter renuntiet in manibus auditoris et non aliter iuxta formam traditam infra in capitulo, quod incipit „Si quis ex procuratoribus“. Si quis autem procurator contra presens statutum aut etiam reducto numero pro ipso augendo aliquid dicere, facere vel attentare quovis modo presumpserit sive in congregatione procuratorum sive extra ipso facto emolumentis officii per tres continuos menses sit suspensus et si indurato animo in suo malo proposito per auditorem etiam semel legato notorie monitus non desistat, a dicto officio per annum illis tribus mensibus computatis sit in totum suspensus et, si ulterius admonitus non desistat, possit per auditorem ex dicta causa etiam ante lapsum dicti anni vel trium mensium predictorum absolute privari.

QUAS QUALITATES PROCURATOR VOLENS ADMITTI AD OFFICIUM NUMERO REDUCTO IN SUA IMPETRATIONE ET ADMISSIONE DEBET HABERE.

(27) Si quis ad officium procuratorum admitti desideret, siquidem officium vacet per mortem vel privationem vel aliter preterquam per resignationem in favorem certe persone factam numero tamen reducto, habeat signatas supplicationes a summo pontifice aut vicecancellario officium illud concedendum et cum supplicatione signata et datata se presentet auditori contradictarum, qui ea recepta eum examinet et de infrascriptis qualitatibus se informet, quem, si in omnibus sufficientem et qualificatum repererit, scribat sua manu in eadem supplicatione „Examinatus et approbatus per me N. archiepiscopum et auditorem“ et suo sigillo parvo sigillet auditor et pro dicto examine et subscriptione solvat auditori ducatum unum et de illa supplicatione tantum expediatur littera et littera facta illum simul etiam cum dicta supplicatione presentet auditori. Littera autem aliter confecta et expedita nulla sit et per auditorum et procuratores reputetur pro nulla.

FORMA RESIGNANDI OFFICIUM ET ALIUM INTITULANDI IN PITAPHIO PROCURATORUM ET QUOD ADMITTENS HABEAT SOLVERE PRO INSCRIPTIONE SUA.

(28) Cum autem quis renuntiare intendit in favorem certe persone, tunc illo, qui admitti desiderat, examinato et approbato per auditorem veniat renuntians in Audientia et illum auditori presentet et renuntiet et auditor renuntiationem recipiens surrogatum admittat et

cancellet de matricula ipsum renuntiantem cum linea una vel duabus super nomen eius et surrogatum scribat post alios exprimens diem, qua fuit admissus. Et per cuius renuntiationem et pro tali scriptura habeat duos florenos nec sit necessaria alia supplicatio vel bulla cuiuscumque, si tamen ad memoriam et cautelam voluerit, a notario ipsius auditoris cum eius sigillo litteram seu instrumentum illud habere possit.

QUALITATES PROCURATORUM ADMITTENDORUM ET MODUS PROBANDI ILLOS.

(29) Qualitates autem procuratorum admittendorum in posterum volumus esse, quod clericus sit saltem in minoribus ordinibus non tamen presbiter, quia sacerdotes admitti [non] volumus, si tamen post admissionem fiat sacerdos, ipsum non expellimus. Item nullam sit religionem professus, non uxoratus, talem quidem ante admissionem et post repelli volumus, et conversationis honeste, legitime etatis annorum viginti saltem inchoatorum et hoc per duos idoneos et iuratos testes probare debeat. Si tamen de etate testes habere non possit, stetur suo iuramento, si tamen ex aspectu iudicaretur illius etas. Item etiam de legitimitate, nisi de illegitimitate sit suspectus. Examinetur insuper in latino sermone et lectione et constructione alicuius rescripti aut alterius occurrentie ad auditoris arbitrium et, si auditor eum sufficientem reperiatur et habere qualitates supradictas, scribat sua manu in supplicatione iuxta ordinationem predictam.

HIC DESIGNANTUR ILLA, QUE PROCURATOR ADMITTENDUS TENETUR SOLVERE IN IPSIUS ADMISSIONE ET DE [VACAT].

(30) Quicumque vero ad officium fuerit admittendus, ante illius admissionem deponat penes syndicum officii ducatos viginti auri, qui ducati viginti exbursentur per admittendos in favorem capelle manutenende, sed ut melius apud omnes, quam apud unum de officio conserventur, volumus illos statim dividi inter procuratores existentes in illa admissione, quibus etiam omnibus anteriori die intimari mandamus ad illam admissionem faciendam. Ratione harum pecuniarum sciant officium ipsum obligatum esse ad manutenendam capellam honorifice suis expensis iuxta ordinem infra, notatum sub rubrica de veneratione sanctorum capitulo primo, a cuius observatione, quandocumque cessarent, per XV dies, quibus Audientia tenebitur, cadant ad penam centum ducatorum, quorum medietas sit Camere et alia medietas denuntietur auditori Camere et, si auditor contradictarum fuerit in culpa, immo, etiamsi fuerit remissus (?) et negligens in dicta inobservatione capelle, solvat Camere apostolice ducatos viginti quinque et una capella reassumatur et teneatur per offi-

cium, ultra autem XX ducatos, qui sunt ratione capelle, deponet admittendus penes syndicum pro iocalibus et loco prandii, quod alias fieri consueverat, pro quolibet procuratore unum par chirothecarum valoris ad minus duorum grossorum vel loco illarum duos grossos in pecunia et si similiter lectoribus; quid alias per inadvertentiam superius fuerit omissum, additum prima die octobris de mandato domini auditoris in presentia officii anno domini MCCCCXLII. Pro auditore autem assignet unum bonum biretum duplex et unum par bonarum chirothecarum pro illius iocalibus et scriptura in matricula per auditorem fienda manu sua de nomine ipsium admissi iuxta superius ordinata in capitulo, quod incipit „Ut quis ad officium“.

Quando quis procuratorum ex aliquo gravi delicto publico damnatus fuerit aut taliter, quod suis beneficiis privari memerit et privatus fuerit aut etiam aliquam religionem professus fuerit vel uxorem acceperit, ipso facto etiam decernimus officio procurationis esse privatum, secus autem si post susceptum officium fuerit sacerdos effectus, quia licet ante officium susceptum sacerdotium, quem repellat, post tamen officium superveniens non excludit. Quicumque de presentibus procuratoribus tempore editionis presentium constitutionum reperitur de dictis qualitatibus non haberi, ipsum volumus in officio tolerari. Quicumque procuratorum de curia Romana sine speciali licentia summi pontificis aut vicecancellarii seu auditoris, de qua tamen ante suum recessum in actis notarii constet, se per duos annos absentaverit ulterius, si habita licentia infra tempus statutum ad redeundum non redierit, sit ipso officio privatus nec sit necessaria alia citatio, sed solum per ipsam Audientiam facta citatione et declaratione per auditorem secuta privatus remaneat et illud officium libere conferatur; declaramus autem licentiam simplicem sine determinatione temporis absentie non ultra duos annos supradictos intelligi aut extendi debere, etiamsi diceret, quod pro libito absens esse possit, nisi in ipsa licentia de hac constitutione fiat mentio specialis.

QUOD RESIGNATIO OFFICII PROCURATORUM DEBET FIERI PERSONALITER ET IN MANIBUS AUDITORIS ET DE PENA ALITER RESIGNANTIS.

(30a) Si quis ex procuratoribus renuntiare voluerit officio sue procurationis sive simpliciter sive in favorem alterius, nullo modo resignare possit, nisi in manibus auditoris et per se ipsum solum personaliter, immo quilibet antequam ad officium admittendus iuret specialiter hoc capitulum et resignatio aliter facta non valeat iure illius resignationis, sed ex illo actu aliter presumpse resignationis intelligatur et sic renuntians ipse statim etiam ante actum

renuntiationis periurus et officio ipso iure privatus et sine alia declaratione officium vacet adeo, ut actus renuntiationis illius reputetur nullus intelligiturque prius renuntiatio alia facta in manibus dicti auditoris et officii ita, ut de illo provideatur tamquam ex renuntiatione libera indebita forma facta, sed ad quascumque litteras suas super officiis et ex causa presump- te renuntiationis presentatio nullo modo admittatur, immo littere [lanientur sine mora.]

IURAMENTUM PROCURATORIS ADMITTENDI AD OFFICIUM.

(31) Iuramentum presens ad litteram prestet quilibet antequam ad officium procuratorum admittatur, stans flexis genibus ante auditorem in presentia totius officii.

„Iuro ego N. infra mensem habere constitutiones Audientie contradictarum, que mee proprie erunt, et de hoc infra idem tempus fidem facere domino meo auditori nec aliquid de communibus pecuniis recipero infra mensem nec etiam post lapsum mensem, nisi de dictis meis constitutionibus fidem fecerim et illas me in officio manente numquam alienabo et, si casu aliquo perderem, illas vel novas infra quindecim dies et sub eisdem penis recuperabo, illas etiam et earum tenorem quomodolibet continentem observabo et pro viribus observari iurabo nec contra illas directe vel indirecte agam vel agi procurabo, dominum meum auditorem debito honore venerabor, numquam honori aut iuribus eius detrahendo, consocios officii procuratoris bona directione prosequar, nihil contra eorum commoda querendo, nisi quantum officii constitutiones patiuntur, officium procuratoris cum omni diligentia et puritate ac sine ulla calumnia et secundum constitutionum ordinata exercebo, nullam calumniam contra [omnem] procuratorem in Audientia ad aliquid sollicitandum vel procurandum, dum constituat, quomodolibet agam, quod capella semper iuxta ordinem constitutionum teneatur, semper procurabo, ad omnes expensas fiendas pro honore et utilitate officii promptissimus ero, sollicitationes causarum concernentes officium mihi per officium seu per maiorem partem officii committendam non renuntiabo, sed acceptabo et illas sollicite procurabo, officium procuratoris nullo umquam tempore renuntiabo nisi per me ipsum personaliter in manibus domini auditoris, quod, si aliter renuntiarem vel renuntiare fecero, ex nunc illam renuntiationem pro nulla habeo et reputo, sed nunc illam volo et intelligo per prius fecisse coram domino auditore. Ita me deus adiuvet et hec sancta Dei evangelia.

DE MODO DEPUTANDI SINDICOS PROCURATORUM AC IURAMENTO PER EOS PRESTANDO.

(32) Singulo mense deputetur unus syndicus de collegio procuratorum et nemo eorum sit immunis ab ipso onere syndicatus sed inchoando a primo procuratore successive secundus et tertius usque ad completum numerum deputetur et demum a capite inchoando et finito mense procurator ille, qui sequitur, eum, qui fuit syndicus in ordine, sciat se officium inchoare absque alia declaratione et cuilibet procuratori cedatur mensis in suo loco, etiamsi in ipso mense in electo nihil occurrat, ita tamen quod in prima Audientia, que in ipso mense tenetur, prestet ipse syndicus iuramentum infra pro syndico ordinatum et si in Audientia prestiterit, illud prestetur in manibus auditoris vel alterius lectoris, si autem in ipso principio mensis contigerit usque ad tres dies ad predictam Audientiam vel ratione feriarum nil aliter non teneri volumus illum, ad quem syndicatus devolvitur, cum notario ad auditorem venire infra illos tres dies et facere iuramentum infra pro residuo ordinatum ad penam unius grossi pro quolibet die, quem attigitur ultra dictos tres dies dicto iuramento non prestito, declaramus, quod, si aliquis reponeretur, computator in mense quoad locum suum officium syndicatus pertineret, ipsum in illo dicere in illo turno esse immunem et officium ad sequentem et successive deferatur et, ne ordo interrumpatur, idem volumus observari in illis, qui ab officio ex tempore reperirentur suspensi, nec istud pro eorum commodo, sed propter ordinis observantiam declaramus fieri debere, quareque volumus, quod pro hac causa teneatur dare ipsi, ad quem defertur officium, medium florenum de propria bursa. Volumus autem, quod, si unus ante finem mensis syndicatus illo incepto impediatur legitime, quod sequens procurator cum licentia auditoris illum mensem pro socio assumat in dicto officio et suum nihilominus sequentem mensem faciat.

HIC DESIGNANTUR ILLA, QUE SPECTANT AD OFFICIUM SINDICI PRO TEMPORE.

(33) Officium syndici sit agere et defendere omnes et singulas causas concernentes officium et omnia negotia officii sollicitare cum diligentia et, si quid grave et arduum sibi occurreret, quod per se ipsum solum dubitaret posse sufficienter expedire, possit petere ab officio unum alium, qui sibi consilio et auxilio in agendo assistat. Inter cetera autem specialiter sue sollicitudinis esse sciat singulis diebus, quibus tenebitur prima camera notariorum nostrorum, litteras ad ipsam cameram portare consuetas de illa accipere, computum de illis cum notario et eius abbreviatore pro tempore tenere et illas ad correctorem earundem portare et emolumenta officii equaliter dividenda. Item pro pecuniis illis et aliter, nisi solverit, nullus admittatur in locum illum.

IURAMENTUM SINDICI.

(34) Iuret syndicus in infrascripto modo: Ego N. iuro et promitto domino meo auditori et toti officio Audientie contradictarum durante mense mei officii syndicatus omnes et singulas causas concernentes officium agere et defendere cum diligentia omnia et singula ordina-
 menta constitutionum officii cum omni plenitudine amore et timore postpositis pro viribus facere, observare et procurare, ne per aliquem contrafiat. Si quid autem videro aut cogno-
 vero per auditorem, lectores, procuratores vel notarios aut alios quoscumque in officio vel extra contra illas attemptari, fieri vel agi, pro posse meo interrumpam, impediam et pro-
 testabor, obligans me voluntarie ad penas omnes syndico contrafacienti impositas. Ita me
 Deus adiuvet et hec sancta Dei evangelia.

QUOD SINGULIS TRIBUS MENSIBUS DE CORPORE PROCURATORUM UNUS DEBET ELIGI COMPUTATOR
 ET DE MODO OBLIGANDI ILLUM.

(35) Singulis tribus mensibus unus eligatur computator de corpore procuratorum et iste
 eligatur ad voces vel ad fabas partito posito inter procuratores et ille sit procurator, qui a
 maiori parte ultra tamen medietatem procuratorum fuerit electus, et fiat ipsius computatoris
 electio semper per sex dies ante finem trium mensium antiqui computatoris.

HIC DESIGNANTUR ILLA, QUE SPECTANT AD OFFICIUM COMPUTATORIS.

(36) Est autem ipsius computatoris officium omnia computa litterarum procuratorum per
 quemlibet procuratorem tenere et in pitaphio describere in qualibet Audientia. Item servare
 computa pecuniarum intrantium ad officium in minibus syndici et earum divisiones calculare
 et ordinare et illas solvi facere per manum syndici absentis ab Audientia pro singulis vicibus
 appuntare et notare ita, ut in fine mensis fiat et defalcatio ratione pene infra de vita et ho-
 nestate procuratorum statute, curam etiam capelle et ornamentorum habere et de dictis
 omnibus singulo mense bonam rationem reddere una cum syndico officii et quietantiam
 habere pro se et syndico auctoritate auditoris et procuratorum per notarium officii in libro
 suarum rationum scribendam cum auditoris et dictorum procuratorum subscriptione.

Item omnes et singulas litteras per procuratores officii expediendas de bulla aut ipso ne-
 cessario impedito alteri procuratori per eum cum eius scriptura signata sigillo et subscrip-
 tione auditoris dentur et non alteri, hoc ne littere aliter quam via recta valeant expediri et
 pro hoc labore communicet computator pro medietate cum emolumento syndici levantis

litteras a prima camera notariorum iuxta statuta supradicta officio syndici et in assumptione sua ad officium huiusmodi prestat proximum iuramentum.

IURAMENTUM COMPUTATORIS.

(37) Ego N. iuro officium computatoris mihi commissum in omnibus et per omnia iuxta ordinationes, constitutiones Audientie diligenter et fideliter per tres proximos menses exercere ac omnes et singulas litteras per officii procuratores expediendas de bulla recipere personaliter, ita ut sine me alii non dentur, ut supra proxime. Ita me Deus adiuvet et hec sancta Dei evangelia.

QUOD NULLUS PROCURATOR POTEST ELIGI COMPUTATOR, POSTQUAM FUERIT PER TRES MENSES, INFRA ANNUM ET QUOD ALIAS PERDAT DECEM DUCATOS.

(38) Quicumque fuerit computator officii, non potest interim ad dictum officium pro alio trimestri vel alio tempore confirmari neque ad idem officium sine intervallo unius anni a fine officii usque ad aliam inchoationem eligi et, si secus fuerit ipse officium acceptando, solvat sine remissione ducatos decem officiumque exercere non possit.

QUOD DUO DEBEANT DEPUTARI NOTARII, QUORUM OFFICIA SUNT PERPETUA.

(39) Notarii Audientie contradictarum duo deputentur, quorum officium sit perpetuum ad eorum vitam, nisi ex causis legitimis se redderent indignos.

HIC DESIGNANTUR CAUSE, QUIBUS NOTARII VENIUNT OFFICIIS EORUM PRIVANDI, ET DE LICENTIA ABSENTANDI.

(40) Causas autem sue privationis esse declaramus, si per unum continuum mensem, saltem tribus vicibus in curia presentes infirmitate non impediante, non visitaverit Audientiam, dato tamen idoneo substituto iis diebus, quibus personaliter non visitaverit, aut, si procuratoris contradictarum officium acquirerit aut a curia se absentarit per mensem sine licentia Romani pontificis aut vicecancellarii, si sit suus notarius [vel] illius; dato tamen pro eo tempore idoneo substituto quicumque etiam illorum notariorum fuerit, cum licentia autem possit per annum esse absens et non ultra relicto semper idoneo substituto, de qua etiam licentia ante suum recessum fidem faciat auditori coram alio notario officii. Contrafacientes autem perdant officium ipso facto declaratione tamen ipsius auditoris super hoc preceden-

te et officium alteri conferatur per eum, ad quem pertinebat, per hoc tamen ex aliis causis, que legitime fuerint, non prohibemus auditorem contra illos posse procedere usque ad privationem inclusive, sed ex premissis expressis causis volumus ipsos esse ipso iure privatos dicta declaratione precedente.

QUOD UNUS NOTARIORUM PER CANCELLARIAM ET ALIUS PER AUDITOREM DEBENT DEPUTARI ET QUOD CUIUSLIBET IPSORUM OFFICIUM SPECTAT IN AUDIENTIA EXERCERE.

(41) Procuratorum notariorum deputetur alter per vicecancellarium vel eius locumtenentem aut Cancellarie regentem, alius vero per auditorem contradictarum, qui notarii in dicta Audientia distincta habeant officia. Alter notarius per vicecancellarium deputatus rationes et computa omnium et singulorum emolumentorum ex lectione citationum et aliorum in dicta Audientia legi consuetorum pervenientiam singulis diebus, quibus Audientia tenetur, fideliter conscribat et in fine cuiuslibet mensis calculum cum lectoribus ipsius Audientie faciat et partem unicuique fideliter assignet. Item omnes et singulas citationes signare cum una linea extremitates omnium litterarum comprehendente per transversam cedule illasque suo nomine signare et illis datam apponere. Item omnes et singulas citationes, etiamsi inhibitiones inserte forent, et processus et alias litteras per edictum publicum, que in ipsa Audientia pro tempore leguntur, recipere habeat et de eis fidem et testimonium dare et post lecturam in dicta Audientia factam in locis convetis affigere et publicare apposita tamen prius in eis manu auditoris, qui nomen suum scribat. Notarius vero auditoris omnes et singulas litteras contradictas, postquam signo crucis in signum contradictionis signate fuerint, recipere habeat et usque ad totalem expeditionem ipsarum singulis diebus, quibus Audientia contradictarum tenetur, ad ipsam Audientiam reportare debeat et in omnibus causis ratione officii agitatis coram auditore scribere solus possit et debeat, nisi per auditorem ex aliqua causa legitima ipsi indultum fuerit, ut per alium sufficientem notarium scribat.

QUID NOTARIUS ADMITTENDUS AD OFFICIUM HABEAT DARE AUDITORI, LECTORI ET PROCURATORI.

(42) Donet quilibet notarius novus admittendus ad officium notarius contradictarum auditori unum bonum biretum duplex et unum par chirothecarum, cuilibet autem procuratorum ac lectorum interessentium illa die in Audientia donet unum par chirothecarum valoris duorum grossorum ad minus aut valorem earum.

IURAMENTUM NOTARII.

(43) Prestet quilibet notarius contradictarum in eius admissione presens iuramentum: Ego N. iuro fideliter pure et legaliter sine ulla calumnia officium meum exercere, ultra taxas per contradictiones mihi debitas nihil penitus petere vel recipere, dominum meum auditorem debita veneratione honorare, cum procuratoribus officii me benigne habere et omnia honorem et commodum officii concernentia toto posse semper tractare oppositis vero contradicere et, ne fiant, pro viribus instare. Ita me Deus adiuvet et hec sancta Dei evangelia.

HIC DESIGNANTUR ILLA, QUE LECTORES PRO LECTIONE EORUNDEM IN AUDIENTIA RECIPERE TENENTUR.

(44) Salaria lectorum volumus iuxta antiquam consuetudinem observari, ratione quorum, ne ullo tempore difficultas oriatur nec in Audientia sit locus concertationis, declaramus esse infrascripta: Pro qualibet citatione in Audientia legenda, que sit de mandato Rote et ad unum actum iudiciale tantum solvatur quadragesima pars unius floreni de Camera, ita quod quadraginta citationes legantur pro uno floreno. Si vero fuerit citatio per auditorem Camere decreta, solvatur duplum, videlicet vigesima unius floreni de Camera. Si vero sit citatio alterius commissarii, adhuc dupliciter, ita quod solvatur decima pars unius floreni de Camera, et hoc procedat, ubi citationes predictae sunt ad unum actum tantum. Si vero una citatio esset ad plures actus coram quocumque predictorum notariorum, pro quolibet actu solvatur tantum, quantum pro citatione unius actus, ita quod, ubi pro uno actu deberet solvi quadragesima pars floreni, si ad duos actus sit citatio, solvatur vigesima pars floreni et idem in aliis. De litteris vero, que ex sua natura in Audientia ordinaria legenda sunt, sive de simplici iustitia, sive de iustitia cum gratia mixtim et similibus nihil penitus ex earum lectione recipiant; de scripturis autem extraordinariis, sicut sunt citationes per edictum et intimationes acceptantium beneficiariorum et similia recipiantur quintam partem florenorum de Camera et nihil ultra. Declaramus autem, quod, si computus monete talis esset, quod ad quotas floreni supranominatas non possit fieri equalis divisio ratione forte . . . vel alterius parvi denarii, illud plus indivisibile cedere non autem parti, verbi gratia, si quadragesima pars floreni, que debetur pro citatione simplici coram auditore forsan esset decem denariorum cum dimidio vel alia parte indivisibili, tunc solvantur undecim integri, ita ut illud medium cedat lectori.

HIC ITEM IN ALIIS TAXANTUR SALARIA PROCURATORUM AUDIENTIE RATIONE LITTERARUM LEGENDARUM.

(45) Salaria procuratorum declaramus esse infrascripta: De litteris de iustitia simplici, que **[si]** taxantur ab uno grosso usque ad sex grossos, recipiant totam taxam, si vero taxantur ultra sex grossos usque ad duodecim, recipiantur sex tantum, si vero taxantur duodecim ultra, recipiant medietatem taxe. De litteris autem de iustitia mixta cum gratia vel de gratia mixta cum iustitia recipiant sex grossos dumtaxat. Si fuerit prelatorum procurator, ubi interdum plures littere requirantur, de earum qualibet sex grossos recipiant, et he pecunie applicentur officio in congregatione, ita ut veniant in communi divisione. Pro quolibet autem termino in causa alicuius contradictionis per auditorem assignato habeat procurator quilibet, scilicet tam procurans quam contradicens, grossum unum a parte sua, sive terminus servetur in domo auditoris, sive in Audientia, et pro dictis salariis notariorum per eos in audientia recipienda.

SALARIA NOTARIORUM.

(46) Salaria notariorum volumus esse infrascripta: Notarius per vicecancellarium deputatus pro fide, quam facere habet de aliqua citatione, cui et inhibitio inserta esset, vel de processu aut aliis litteris per edictum publicum lectis in Audientia contradictarum vel, que per eum in locis publicis consuetis post lecturam affixe et publicate essent, de quolibet tali instrumento, in quo fidem de predictis faceret, recipiat unum florenum de Camera et non ultra. Notarius vero auditoris pro primo signo crucis appposito littere contradicte nihil recipiat, pro secundo autem, in quo litteram reportat ad Audientiam, si contingat illud secundum apponi, habeat medium grossum, et idem in alio quolibet signo, quod littere contradicte in Audientia appositum fuerit et ipsum medium grossum cuiuslibet signi recipiat ab ipso contradicente, quo [autem] solvente pro signo iam appposito aliud signum contradictionis non apponatur, sed littera absolvatur. Pro quolibet autem termino, qui coram auditore in domo sua tenebitur, habet ipse notarius unum grossum, qui solvatur eidem per partem obtinentem in causa litteram illam absolvi vel laniari parti tamen ipso reservato iure in dicta Audientia dispensandi (?) contra partem adversam succumbentem. Item pro singulo folio copiarum recipiat medium grossum. Item de qualibet constitutione vel substitutione procuratorum coram eo facta recipiat duos grossos. Item de quolibet instrumento alicuius actus in Audientia facti, si per partem instrumentum requiratur, recipiat quinque grossos. In aliis vero causis, que inter lectores et procuratores dicte Audientie pro tempore oriuntur, aut aliis dictum officium Audientie tangentibus dictus notarius scribere teneatur, in quibus pro medietate tantum huius, quod in Palatio apostolico consuetum est, recipiat et non aliter. Si

vero aliqua extraordinaria instrumenta, littere, cedule sive scripture, inter quas intimationes acceptationum beneficiorum computamus, in ipsa Audientia legi contingat, de quibus testimonium dare requiratur, de quibus etiam alius notarius extra Audientiam predictam testimonium dare possit, volumus hec ad ipsos notarios tam vicecancellarii quam auditoris communiter spectare, declarantes [quod] instrumenta alternis vicibus per eos confici volumus et de quolibet instrumento tali recipiant grossos quinque et non ultra. Volumus autem, quod nulla littera vel processus vel citatio per edictum vel quid aliud post lecturam in Audientia factam in locis publicis consuetis per notarium supradictum per vicecancellarium deputatum affigi seu publicari possit et debeat, nisi in illo de manu auditoris contradictarum sint apposita hec verba „De licentia nostra Bartholomeus¹ archiepiscopus ... auditor contradictarum“, pro cuius manus appositione recipiat grossum unum et specialiter etiam volumus, quod in quolibet instrumento dando parti per notarios probos ad faciendam fidem de intimatione acceptantium beneficii seu beneficiorum debeat auditori verba superius scripta de manu sua subscribere et grossum habere, aliter tale instrumentum nunquam parti detur, sub pena trium florenorum notario tale instrumento dante ipso facto infligenda, quorum medietas auditori et alia medietas officio procuratorum applicetur, et habeat ipso auditor pro dicta subscriptione grossum unum et non ultra.

¹ *Bartholomeus de Zabarellis.*

QUOD OMNES PECUNIE OFFICII DEBENT REMANERE PENES SINDICUM INTER PROCURATORES IN FINE CUIUSLIBET MENSIS DIVIDENDE, IN QUARUM DIVISIONE INTELLIGI DEBEAT AUDITOR.

(47) Omnes officii pecunie quomodocumque et undecumque ad officium spectantes maneant deposite apud syndicum officii, per cuius manum in fine cuiuslibet mensis de omnibus fiat equalis divisio inter procuratores, illis pecuniis exceptis, que iuxta ordinationem presentium statim dividi debent, sicut in admissione procuratorum et similiter et ubicumque aliqua divisio de pecuniis communibus fieri mandatur inter procuratores, semper inter eos intelligatur auditor et deductis expensis necessariis occurrentibus aliquibus, tamen partem auditoris liberam esse volumus in signum preeminentie et honorum. [Item] quod omnia emolumenta officii debent dividi occasione litterarum in fine cuiuslibet mensis equali portione inter procuratores, exceptis illis noviter admissis, qui a die admissionis eorum debent exercere per mensem, et de pena non solventium omnia et singula emolumenta pertinentia procuratoribus et eorum cuilibet ratione procurationis litterarum in quacumque forma per procuratores expediendarum iuxta determinationem sub titulo „De rescriptis“ in capitu-

lo „Item, quod quilibet ad Audientiam pertinens“ et taxarum supra sub rubrica „De salariis“ in capitulo „Salaria procuratorum“ per procuratores dicte Audientie in congregatione procuratorum ad hoc congregatorum, nisi prius sindico assignata fuerint, exbursentur inter omnes procuratores huiusmodi officium exercentes seu per quos non stat vel stabit quominus illud, si acquiratur, exerceatur, integre et equaliter dividantur et distribuantur illis exceptis, qui post eorum admissionem ad officium ad minus per mensem continuum Audientiam non visitaverint nec se visitasse docuerint, quos interim novitios reputantes ad nulla emolumenta communia admitti mandamus. Infirmis autem predictam Audientiam in sanitate solitis frequentare equalis velut aliis portio assignetur. Si quis autem procuratorum sine difficultate integraliter emolumenta, que illo mense ad illum pervenerint, ipsa in eadem congregatione non exbursaverit vel aliter satisfecerit, tamdiu ab exercitio et perceptione emolumentorum huiusmodi in totum sit suspensus, donec de parte ipsa plenarie satisfecerit, et cum hoc post satisfactionem dicto suo tempore non factam careat emolumentis perceptis tanto tempore, quanto per satisfactionem ipsam distulit, salaria tamen eorum, que procuraverit, impendat officio sicut alii.

ITEM QUOD UNUSQUISQUE PROCURATORUM TENEATUR AD EXPENSAS OFFICIO INCUMBENTES ET DECLARANTUR ORDINARIE ET EXTRAORDINARIE EXPENSE.

(48) Ad expensas officio incumbentes ordinarias vel extraordinarias omnes procuratores de emolumentis participantes libere et alacriter contribuant, si tamen, cum expensa occurrat, quod aliquae pecunie officii penes syndicum extent, de illis fiat occurrens expensa. Ordinarias tamen expensas declaravimus tabula et banchum sive scamna etc. ad Audientiam opportuna, que fieri debeant de novo sive antiqua reparari, in quibus tamen, cum etiam lector et notarii illis utantur, volumus lectores et notarios pro tertia parte et procuratores pro residuo concurreant. Ordinarias etiam expensas reputamus omnia necessaria et ornamenta capelle, que statuta sunt sub statuto de veneratione sanctorum, sive de novo fiant, sive de antiquo reparentur, et similiter capellani provisionem sicut salarium. Ordinarias insuper reputamus expensas fiendas in anniversario fiendo singulis annis pro defunctis officii secundum ordinationem anniversarii sub ordine infra de veneratione sanctorum. Predictas expensas sine ulla detractioe fieri mandamus. Pro hiis suprascriptis et maxime pro capella declaramus ipsis procuratoribus permittere viginti florenos recipere, quos quilibet procurator in sua admissione solvit officio inter ipsos equaliter dividendos, quare si dictam capellam et capellanum tenere cessaverint, declaramus et volumus eos incurrere penam

suprastatutam sub rubrica „De officio procuratorum“ in capitulo „Quicumque“. Extraordinarias vero expensas procurationi etiam sint ipsi procuratores pro officii commodis et honoribus conservandis nulla tamen dictarum extraordinariarum expensarum haberi possit, nisi per maiorem partem approbate ille fuerint, et omnes indifferenter et sine ulla exceptione contribuant tam quam ad ordinarias expensas.

DE HONESTATE PER PROCURATORES SERVANDA ET MODO VENIENDI AD EAM AC PENA ABSENTIE.

(49) Vitam honestam et laudabilem ducere studeant omnes officii contradictarum procuratores, maximam specialiter moderationem observandam in audientia, ad quam curet auditor, quanto plus commode poterit venire, et illam frequentare pro honore et commodo Audientie, procuratores autem numquam causa cessante legitima per auditorem approbata venire postponant et hora debita ipsius Audientie, quam esse volumus summo mane, ita tamen quod sine materiali lumine lectio fieri possit, perseverentque usque ad finem Audientie, quam tamen volumus excedere spatium trium horarum. Et quicumque non veniret pro lila die, appuntetur in uno grosso, ita ut in emolumentorum divisione retineatur de sua rata de singulo tali die unus grossus.

QUOMODO AUDITOR, PROCURATORES, LECTORES ET NOTARII DEBENT SUO ORDINE SEDERE IN AUDIENTIA ET DE PENA ILLORUM FACIENTIUM CLAMORES, ETIAMSII DE OFFICIO NON FUERINT.

(50) Sedeat primus in Audientia auditor et numquam illam ingrediatur sine cappa nisi aliquo casu necessitatis occurrente. Sedeant subsequenter lectores suo ordine et notarii, demum syndicus et consequenter computator et alteri in locis posterioribus, antiquiores procuratores in suo ordine. Sit tabula media inter eos, super qua legenda et lecta ponantur et reliqua officio incumbentia fiant et omnes tam officiales quam extranei preter id, quod ratione officii procurandum seu contradicendum est, ibidem quiete et modeste sine multiloquio opus suum exercent. Si quis autem insolens vel scandalosus sit aut multiloquens, si de officialibus, possit pro qualibet vice per auditorem usque ad unum grossum multare et, si non desistat, possit per eum excommunicari, a qua excommunicatione possit per solum auditorem absolvi, et, si forte, quod Deus avertat, in ipsa Audientia rixas manuales inceperit, in quinque ducatis condemnetur officio satisfactione, interesse [pro] iniuria parti lese reservata, de qua ipse solus auditor habeat iudicare. Si vero ultra manus adhuc aliud ad verberandum addiderit, tunc pena duplicetur cum excommunicatione, donec satisfecerit ei, ad quem pertinet, reservata tamen pena officio prius soluta et non aliter absolvatur et

absolutio secus facta nulla sit. In aliis autem, qui non sunt de corpore officii, qui aliquid de predictis perpetraverint, possit auditor penam excommunicationis infligere, a qua nullus preter ipsum auditorem eos absolvere possit, nisi ex speciali pontificis mandato alius eos absolveret, vel si forte excommunicatus propter manuum iniunctionem, cuius absolutio ad alium spectat, auditor autem vel alius pro nomine absolvat, nisi tamen per omnia et officio et parti lese satisfecerit, quantum in procuratoribus statutum est, immo aliter facta absolutio nulla sit et quilibet supradictorum, si tertio monitus non satisfecerit nec se absolvi curaverit, possit per auditorem publicari et denunciari excommunicatus et tamdiu sic teneri, [donec] quisque, quantum debuerit, saltem officio satisfecerit et parti saltem cautionem idoneam prestiterit.

QUOD LECTORES, PROCURATORES ET NOTARII NON DEBENT TENERE CONCUBINAS, ET DE PENA EAS HABENTIUM, ET QUOD NON DEBENT IRE AD LOCA INHONESTA.

(51) Nullus procurator, notarius vel lector officii publice in domo sua vel aliena teneat concubinam. Contrafaciens autem, donec illam tenuerit et per tantum tempus usque quo illam dimiserit, ab officio procuratoris exercendo et emolumentis quibuscumque suspendimus ipso facto. Mandamus etiam, quod non vadant ad loca lupanaria aut inhonesta et tabernas et, si aliquis ibi publice deprehensus fuerit, solvat officio pro qualibet vive grossos tres et, si monitus frequentare non desisteret, arbitrio auditoris reliquimus, poterit officio privari.

DE CAPPELLA PROCURATORUM ET ORNAMENTIS EIUSDEM.

(52) Gloriosus Deus in sanctis suis et in maiestate mirabilis, cuius dispositione temporalia dona cuncti recipiunt in divinorum celebratione venerandus et, ut precibus exoratus cuncta recte agere tribuat, sicque transire universos faciat per bona temporalia, ut non amittant eterna. Quare mandamus et statuimus procuratores officii contradictarum in singulis locis, ubi Audientiam tenere contingat, habere capellam et, si apud ecclesiam aliquam Audientia non teneretur, concedimus illis in loco sibi apto et Audientie commodo habere altare portabile et volumus eos habere suis expensis capellam fulcitam cum decentibus paramentis ad missam celebrandam et sufficiens missale et bonum calicem argenteum deauratum cum patena honestam, duo sufficientia candelabra de auricalco vel ferro cum duabus torciis pro elevatione corporis Christi et duas candelas grossas continuo ardentis in missa et cum tobaliis, que munde teneantur, et paleo et campanella competentibus habeatque capsam, in qua sub sedia computatoris omnia hec gubernentur.

QUOD PROCURATORES DEBENT HABERE CAPELLANUM HONESTUM, QUI TENETUR SINGULIS DIEBUS, QUIBUS TENETUR AUDIENTIA, CELEBRARE MISSAM BONO MANE ET CUI MINUS QUAM XV FLORENOS DARI NON DEBENT. POST MISSAM DEBET INCIPI AUDIENTIA.

(53) Capellanum insuper honestum et sufficientem firmatum et conductum teneant, cui minus florenorum XV in anno dare non possunt, qui omni die Audientie missam in loco deputato celebret bono mane antequam Audientia inchoetur, ad quam pro viribus auditor, lectores, procuratores et notarii venire studeant, et finita missa concedimus, quod auditor in loco possit benedictionem facere ratione ordinarie iurisdictionis, quam in officio habere dinoscitur et subsequenter Audientiam inchoare non desinatur.

QUOD CAPELLANUS HABET SECUNDUM TEMPORA DICERE MISSAS CUM INSERTIONE COLLECTE PRO OFFICIO.

(54) Missas per capellanum predictum hoc ordine celebrari mandamus, et specialiter missam prima die octobris, qua Audientia post magnas ferias inchoabitur, dicat missam de sancto Spiritu cum commemoratione officii: Deus, cuius providentia celestia et terrena disponuntur officio, respice propitius ad congregationem nostrum et illius opera pia semper moderatione dispone per dominum nostrum Iesum Christum etc. ipsique misse omnes intersint, et finita missa Audientia inchoetur. In cursu autem anni in qualibet feria secunda, si erit Audientia, celebret missam defunctorum pro animabus omnium auditorum, lectorum, procuratorum et notariorum dicte Audientie defunctorum. Singulis autem diebus sabati, quibus est Audientia, celebret missam beate Marie virginis cum dicta commemoratione officii. In reliquis autem diebus dicat secundum occurrence missalis.

QUOMODO IN ULTIMA AUDIENTIA MENSIS NOVEMBRIS DEBEAT DECANTARI MISSA SOLLEMNIS PRO AUDITORIBUS, LECTORIBUS, PROCURATORIBUS ET NOTARIIS ET DE MODO DICENDI ILLAM.

(55) Volumus insuper, quod omni anno in ultima Audientia mensis novembris, finita Audientia, conveniant auditor, lectores, procuratores, notarii officii in aliqua ecclesia per eos ordinanda et convocent duodecim sacerdotes ad minus religiosos vel seculares, quorum unus cum diacono et subdiacono missam celebret, alii cantent et audiant et fiat sollemnis missa defunctorum et post missam cum pluviali cantetur sollemne responsorium pro anniversario animarum omnium auditorum, lectorum, procuratorum et notariorum officii defunctorum cum oratione et reliquis consuetis, solvaturque dictis duodecim sacerdotibus

de communi bursa officii unus grossus pro quolibet, habeat etiam auditor unam candelam ceream ponderis unius libre et omnes alii procuratores, lectores et notarii unam candelam ponderis medie libre, quas singuli suis expensis emant easque in elevatione corporis Domini accedant et accensas usque ad finem totius officii teneant, residuum vero dicte ecclesie, in qua celebratur, pro medietate assignetur et alia medietas per computatorem vendatur et pretium pauperibus erogetur. Volumus autem, quod nullas predictorum de officio se retrahat a veniendo ad dictum anniversarium et omnibus per diem ante intimetur ex parte syndici et, qui ex infirmitate, quia nullam aliam causam reputamus legitimam, venire cessaverit cum candela sua et a principio usque ad finem non perseveraverit, si fuerit auditor vel procurator, per unum mensem continuum emolumentis quibuscumque illo mense occurrentibus privatus sit ipso facto, si fuerit aliquis ex lectoribus vel notariis, in tribus ducatis auri condemnatus intelligatur et sit ipso facto, qui semel per auditorem monitus et non solvens per unum continuum mensem perdat emolumenta officii nec ultra tamen umquam, nisi illos tres ducatos exbursaverit, aliqua emolumenta lectionis vel notariatus recipiat, sed illa officio devolvantur; auditore autem non diligenter exequente predicta omnia syndico officii instante et requirente ad anniversarium celebrandum et quoad omnes penas supra statutas tam ipse auditor ipso syndico instante non exequens, quam ipse syndicus non instans et requirens infra quique dies a die ipsa ultima novembris puniantur in non perceptione emolumentorum infra mensem occurrentium, cum hoc tamen anniversarium celebretur et pene exigantur.

DE FERIIS SERVANDIS IN AUDIENTIA CONTRADICTARUM.

(56) Volumus audientiam predictam singulis diebus teneri preterquam in die iovis in qualibet hebdomada, qua aliud festum non occurrat, sicut servat Cancellaria et, si Cancellaria diem ipsam mutaret, volumus ipsam Audientiam stilum eius sequi, aliis autem diebus teneatur exceptis festis in Palatio apostolico seu Cancellaria apostolica solitis observari.

QUOD QUILIBET PROCURATOR TENETUR LITTERAM SEMEL ABSOLUTAM AD NUTUM AUDITORIS REPORTARE SUB PENA CASSATIONIS EIUSDEM ET DE MERITO CONTRADICENDI IN PROSECUTIONE HUIUS LITTERE REPORTATE.

(57) Quilibet procurator ad nutum auditoris teneatur quamcumque litteram etiam absolutam ad dictam Audientiam vel ad ipsum auditorem reportare sub pena cassationis eiusdem nec differat malitiose talem litteram reportare nec etiam possit sine auditoris expressa li-

centia aut partis contradicende consensu facere duplicari. Et si forte dictus procurator litteram quomodolibet habere nequiverit, quamprimum illud intimari curet, auditori ac legitimas super hoc allegationes, excusationes alleget, alioquin littera ipsa pro cassata habeatur et, qui illam procuravit, ad solutionem quinque grossorum officio maneat obligatus et solvat, nulla tamen littera semel absoluta ad ipsam Audientiam denuo reportari mandetur elapsis post diem ipsius absolutionis tribus diebus nec etiam inter ipsos tres dies, nisi procurator hoc petens allegaverit causam rationabilem, quare hoc petat et alia exprimat, que, si vera essent, ad illius intentionem sufficerent iuretque, quod non malitiose id petat, et cause ipse contradicendi de novo post absolutionem littere ad eius notitiam pervenerint vel quod mandatum ad contradicendum de novo habuerit, cuius tamen data sit precedens datam littere expedite, quod etiam ante omnia exhibeat, expensas insuper pro expeditione littere in dicta Audientia facta ante omnia parti impetranti persolvat, quibus, si ante absolutionem contradixisset, pars gravata non fuisset, quas antequam auditor monitum de reportando faciat, apud ipsum deponat predicte parti impetranti persolvendam nec parti contradicenti et in causa obtinenti restituendam, cum fuerint bona fide littera ipsius non contradicta expedienda, facte (?) predicto officio autem solvat grossos tres, alias monitum de reportando non fiat; in illius autem contradictione post litteram reportatam habeat contradicens dilationem unius diei tantum vel duorum ad plus, si auditori visum fuerit, ad probanda omnia apposita vel eorum aliquod, quod sufficiat, et, si succumbat vel in termino non probat, quinque grossos solvat officio et parti adverse in aliis expensis post factis ex causa dicte reportationis cum effectu condemnetur. Volumus autem, quod aliquis alias procurator ad ipsam litteram reportatam contradicendam ex post admittatur eo recepto, qui eam obtinuit reportari. Item nolumus, quod littera ipsa reportata et secundo absoluta ex quavis causa ad alicuius instantiam valeat ulterius reportari.

QUOD NULLUS PROCURATOR RECIPERE DEBET LITTERAS AUT INFORMATIONES ALTERIUS PROCURATORIS SINE LICENTIA ET DE PENA CONTRAFACIENTIS.

(58) Nullus dictorum procuratorum scienter presumat quascumque litteras, scripturas, informationes vel instrumenta ex quibusvis locis, quas non ipse sed alius procurat aut que ad eum non pertinet sine illius, qui eas procurat, licentia recipere. Contrafaciens vero sententia excommunicationis ipso facto noverit se ligatum, a qua per solum auditorem absolvi volumus eidem prius imposita digna penitentia nec volumus in generalibus absolutionem hanc comprehendi.

QUOD NULLUS PROCURATOR DEBET PONERE NOMEN ALTERIUS MANU SUA AUT NOMEN APPOSITUM REMOVERE ET PENA CONTRAFACIENTIS ET, SI PROCURATOR NON FUERIT.

(59) Item, cum in dorso litterarum, que in Audientia procurantur, nomen procuratoris ponendum sit iuxta statutum supra positum sub rubrica „De reformatione“ in capitulo „Impetrans aliquam“, caveat aliquis litteram non procurans falso nomen suum apponere aut nomen procurantis iam scriptum remove, quorum alterum vel utrumque, si facere presumpserit et fecerit, per duos menses continuos sit ab officio suspensus. Si vero alius fuerit non de corpore officii, qui hoc malitiose presumpserit, excommunicationis censure volumus ipso facto subiacere, a qua per solum auditorem absolvi permittimus, imposita prius condigna penitentia, nec volumus in generalibus absolutionibus hanc comprehendere et ipsa littera lanietur.

QUANDO A TERGO LITTERE REPERIANTUR MANUS DUORUM PROCURATORUM, QUIS EORUM SIT PUNIENDUS.

(60) Si duorum procuratorum manus in dorso littere posite sint, ille, cuius nomen manus ultimo appositum est, penas supradictas incurrat et, si res dubia sit, illius intelligatur prima manus, qui docuerit se litteram sollicitasse.

QUOD AUDITOR AD EVITANDAS FRAUDES ET CALUMNIAS POTEST AB OFFICIALIBUS EXIGERE IURAMENTUM CALUMNITATE.

(61) Possit auditor ad evitandas fraudes et calumnias, quando et quotiens vult, officialibus quibuslibet dicte Audientie iuramentum calumnie et malitie et veritatis impetrantibus ad Audientiam deferre et recusantes illa prestare tertio etiam unico contextu requisiti habeantur pro confessis.

SI INTER AUDITOREM ET PROCURATORES CONTROVERSIA ORIRETUR, QUALIS SIT MODUS PACIS HABENDUS INTER EOS.

(62) Ad tollendas rixas ac controversias, ut officium Audientie cum bona pace regatur, ordinamus, quod, si inter auditorem et procuratores vel eorum aliquem lis seu controversia aliqua oriatur, qua, si auditor aliquid fecerit aut acceperit contra constitutiones officii vel aliquem ex corpore officii, eligantur per partes duo arbitri singuli pro parte, qui inter eos

differentiam terminent, et quod de iure vel de facto terminaverint, per contententes servari volumus et, qui quiescere sic firmatis recusaverit, quinque ducatos auri officio prius solutis et aliis quinque parti acquiescenti causam, ut iuris fuerit, prosequatur nec quovis modo prius audiatur, antequam illos ducatos officio et parti solverit, de quibus etiam in eventu victoriae nihil a parte vel ab officio petere aut recuperare valeat; si autem pars altera per alteram requisita infra quinque dies suum arbitrum non nominaverit, alium a vicecancellario parte coram eo citata petere, quem, si pars nominare noluerit, vicecancellarius tribuere non postponat aliquem suo iudicio bonum et equum virum, et hii de causa cognoscant et diffiniant; duobus autem partis arbitris non concordantibus per ipsos arbitros tertius eligatur et postquam tertium necessarium esse statuerint; si infra sex dies illum non elegerint, vicecancellarius eum, qui sibi videtur, eis adiungere non differat, quod, si forte, ut dicitur, differentia exorta pars altera faceret causam committi coram commissario, pars altera arbitrorum electionem petere possit, quos commissarius sibi non deneget in forma supradicta, alias auditoris seu commissarii processus nullus sit ipso iure.

QUOD UNUM DEBET ESSE SIGILLUM AUDIENTIE ROTUNDUM ET PARVUM ET, SI CASU ALIQUO PERDERETUR, QUOMODO FIAT NOVUM ET CUIUS EXPENSIS.

(62a) Habet officium Audientie unum parvum sigillum argenteum, quod sigillum stet penes unum ex lectoribus, quo sigillo signentur omnes citationes legende in Audientia et omnia, que sigillo officii signanda sunt. Si vero casu aliquo perderetur, ut noviter accidit, reficiatur sine mora expensis perdentis illud et fiat de novo aliquod signum diversitatis a primo in magnitudine vel forma, ne aliqua fraus cum sigillo deperdito committi valeat, interim tamen, ne Audientia vacet, volumus, quod signetur sigillo ipsius auditoris.

DE FORMA CITATIONUM IN AUDIENTIA LEGENDARUM.

(62b) Cum sepe in Audientia portentur citationes legende in cartis turpibus et intercisis et littere non legibiles, mandamus, quatenus citationes legende portentur scripte de littera clara et competenti. Item sint scripte in pergamento novo in forma longa ad minus unius palmi bene formate et cum extremitatibus integris circumquaque, alias autem in Audientia non signentur nec expendantur, sed [cassentur]. Qui eam legerit, solvat officio unum grossum pro qualibet [vice], quem quamdiu solvere cessaverit, eius emolumenta ex integro cedant officio. Si autem fuerint in bona forma, apponantur dies date per notarium vicecancellarii, qui etiam in fine omnium linearum ducat unam virgulam, omnes lineas compre-

hendentem, nomen suum in fine citationis scribat et in tergo sigillum apponatur et hec fidem faciant.

DE TERMINIS SERVANDIS IN AUDIENTIA CONTRADICTARUM.

(63) Generaliter declaramus, quod, ubicumque per presentes constitutiones ad proximam Audientiam terminus assignatur, intelligatur, si ad minus infra tres proximos dies future sit Audientia, alias si tenenda non esset, auditor possit terminum arbitrarium statuere infra tamen tres dies similes et non ultra et omnia coram eo fiant, ac si Audientia ipsa tenta fuisset in aliis, [quod] ius et constitutiones et consuetudo dictaverit servetur.

QUOD CAUSA ABSENTIE AUDITOR POTEST DEPUTARE LOCUMTENENTEM ET, QUOD DE AUDITORE DICITUR, ETIAM DE LOCUMTENENTE INTELLIGI DEBET ET SIC ETIAM DE VICECANCELLARIO AC SUO LOCUMTENENTE VEL REGENTE OFFICIUM.

(64) Si auditorem a Romana curia abesse contigerit, possit locumtenentem in officio dimittere, qui in omnibus et per omnia officium exerceat et, quod de iurisdictione et emolumentis, penis in auditore dicitur, hoc de illius locumtenente intelligatur. Idem etiam illo absente vel officio vacante de regente Cancellarie intelligatur.

QUOD FLORENI ET GROSSI DEBENT INTELLIGI SECUNDUM CURSUM CANCELLARIE APOSTOLICE.

(65) Insuper, quia in penis et taxis salariorum officii fit mentio de florenis et grossis, declaramus florenum et grossum intelligi debere secundum cursum Camere apostolice et non aliter.

HIC DECLARANTUR VERI PROCURATORES AUDIENTIE CUM CONCLUSIONE ET DATA CONSTITUTIONUM.

(66) Postremo vero, ne procuratoribus presentibus aliqua in posterum esse possit dubitatio, declaramus hos tantum esse procuratores et pro talibus reputari videlicet: Henricum Hutnagel¹, Blasium Antonii², Andream Petriszicovis³, Theodoricum Alphusen⁴, Fernandum de Carione⁵, Iohannem Goier⁶, Iohannem Darghazo⁷, Guillelmum Boerii⁸, Iohannem Heri-

¹ *Henricus Hutnagel.*

² *Blasius Antonii.*

³ *Andreas Petrikovitz.*

⁴ *Theodericus de Alphusen.*

⁵ *Fernandus Didaci de Carione.*

te⁹, Bertoldum Helmici¹⁰, Theodoricum Copken¹¹, Iacobum Ragneta¹², Iohannem Angerolles¹³, Albertum de Rethem¹⁴, Albertum de Nechiaz¹⁵, Arnoldum de Bevervick¹⁶, Petrum Succhium¹⁷, Willelmum Caignon¹⁸, Albertum Lubbego¹⁹, Hugonem Dolecten²⁰, Iohannem Coniat²¹, Bertrandum Malaserii²². Neminem autem ultra predictos procuratorem dicte Audientie declaramus, decernentes ex nunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo ... incursum. Datum Florentie²³, anno incarnationis dominice MCCCCXXXIII, VI idus februarii pontificatus nostri anno quarto²⁴.

Gratis de mandato domini pape. I. de Stevatis Poggino^{a25}.

⁶ Johannes Goyer.

⁷ Johannes Dargatze.

⁸ Guilielmus Boerii.

⁹ Johannes Hertze.

¹⁰ Bertoldus Helmich.

¹¹ Theodoricus Coppeken.

¹² Iacobus Ragneta.

¹³ Johannes de Angerolles.

¹⁴ Albertus de Rethem.

¹⁵ Albertus Berhals.

¹⁶ Arnoldus Ludolphi de Beverwyck.

¹⁷ Petrus Sucijs.

¹⁸ Willelmus Chaignon.

¹⁹ Albertus Lubbego.

²⁰ Hugo Netten.

²¹ Johannes Coniat.

²² Bertrandus Malazerii de Retonfayo.

²³ Florenz, Toskana, Italien.

²⁴ 1435 Februar 8.

²⁵ I. de Stevatis Poggino.

^a Gratis - Poggino RL 364 An. Gratis de mandato domini nostri pape de Adria und am Kopf links Poggius

RL 336, fol. 65r-65v (transkribiert 3.12.2015); **RL 357**, fol. 289r-289v (transkribiert 4.12.2015); **Regest:** HOFMANN, Forschungen 2 S. 13 Nr. 46, S. 14 Nr. 51. (Von beiden Bilder bestellen)

RL 336.	RL 357.
	Eugenius etc. ^a Ad perpetuam rei memoriam. Ad providam sedis apostolice circumspectionem pertinere dinoscitur, ut Romanus pontifex quandoque rite per eum gesta casualiter suspendat, quandoque vero huiusmodi suspensa iuxta casuum exigentiam magis provide revocet, casset et annul-

	let, prout rerum circumstantiis pensatis id viderit rationabilis expedire. Dudum siquidem a nobis quedam nostre littere dicuntur processisse huiusmodi sub tenore
--	---

ME 14. Eugenius episcopus servus servorum Dei^b. Ad futuram rei memoriam. Ad hoc supremis insufficientibus quamquam meritis nos patri^a familias in domo Domini dispensatores fieri disposuit, ut^c debito singula respectu presertim gentes, quibus honorari stabilisque domus ipsa conspicitur, et illius ministris, qualiter in ea conversari debeant, norma datur officia **votive** gubernari directionis ordine procuremus. Exposuit siquidem nobis nuper dilectus filius noster^d Iohannes¹ tituli sancti Laurentii in Lucina presbiter cardinalis ac sancte Romane ecclesie vicecancellarius, quod licet ad eum ratione dignitatis sui officii vicecancellariatus ipsius ecclesie, cui incumbit, specialiter providere pertineat, quod Audientie contradictarum nec non alia, que a Cancellaria apostolica dependent sive derivantur, officia congruentibus modis mediisque reguntur^e et propterea laudabiles ab antiquis introducte temporibus consuetudines nec non a felicis recordationis Iohanne papa XXII predecessore nostro desuper edite constitutiones firmiter observentur, super pluribus tamen officium Audientie huiusmodi concernentibus nostre sub dat(a) sexto idus februarii pontificatus nostri anno quarto², per quas in multis ipsius vicecancellarii detrahitur auctoritati, derogatur quoque consuetudinibus et constitutionibus predictis littere firmantur emanasse. Nos igitur, quorum interest, nostri super hiis interponere ministerii partes, ipsarum, qualiscumque sit tenorem, litterarum pro sufficienter expresso presentibus habentes illarum totaliter effectum auctoritate apostolica usque ad nostrum beneplacitum suspendimus nec non consuetudines constitutionesque premissas in omnibus perinde, ac si dicte littere non essent, interim observandas fore decernimus per presentes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre suspensionis et constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum. Datum Bononie, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo tricesimo sexto, tertio kalendas octobris pontificatus nostri^f anno sexto³.

¹ *Johannes de Rupescissa.*

² = ME 13.

³ 1436 September 29.

<p>Bartholomeus, gratis pro persona domini vicecancellarii, Valvensis.⁴</p>	<p>Nos igitur ex certis rationabilibus causis ad id animum nostrum moventibus auctoritate apostolica tenore presentium et ex certa scientia huiusmodi litteras predicti tenoris revocamus, cassamus, irritamus et annullamus et eas volumus nullius esse roboris vel momenti nec non etiam volumus et eadem auctoritate ac simili scientia decernimus, quod priores nostre littere in dicto tenore pro expressis habite, quarum etiam tenorem, qualiscumque sit, presentibus habemus pro sufficienter expresso, suam pristinam et primevam in omnibus et per omnia robor(em) firmiter obtineant et reassument ac etiam debeant eam in omnibus suis viribus et effectibus cum censuris et penis in ipsis contentis perpetuis futuris temporibus obtinere et in illis semper irrevocabiliter et inviolabiliter ab omnibus observari ac insuper etiam, quod idem valere ac vires validas et efficaces perpetuo et irrefragabiliter habere et tenere, ac si predictae littere ad nunc per nos revocate alias a nobis minime emanassent. Nulli ergo etc. nostre revocationis, cassationis, irritationis, annulationis, voluntatis, constitutionis et habit(at)ionis infringere etc. Si quis etc. Datum Bononie, anno incarnationis dominice millesimo trecentesimo tricesimo septimo, quartodecimo kalendas februarii anno septimo⁵.</p>
--	---

⁴ *Bartholomeus Bertini de Vincio.*

⁵ *1438 Januar 19.*

	An(tonius), gratis de mandato domini nostri pape, de Adria ⁶ .
--	---

⁶ Antonius de Adria.

^a RL 357 am Kopf links Poggius. An.

^b episcopus - Dei RL 336 etc.; RL 336 am Kopf links Ciprianus

^c ut RL 357 ac

^d noster *fehlt* RL 336

^e reguntur RL 357 regantur

^f pontificatus nostri *fehlt* RL 336

Eugen IV. setzt unter Widerruf des Suspensionsmandates die Konstitution über die Audi-entia litterarum contradictarum von 1435 Februar 8 von neuem in Gültigkeit (.

Reg. Lat. 357, fol. 289; Regest:.

ME 15. (...)

RS 360, fol. 39v-40r; Regest: RG 5 Nr. \$\$\$.

ME 1. Beatissime pater. Vacan(tibus) canonicatu et prebenda ecclesie sancti Werenscudi Elsten. Traiectensis diocesis per obitum quondam Iohannis de Ede¹ cursoris sanctitatis vestre, qui via p(er)nilition(is)? in partibus celebrate illos assecutus fuit, et idem cursor per plures annos ab exercitio huiusmodi officii cursoris destiterat et propter ordines sacros ad idem excercendum (!) iam inhabilis effectus fuerat, extra Romanam curiam defuncti, devotus vester Mathias Mathie² clericus dicte diocesis sic vacan(tes) vigore gratie expectative acceptavit et sibi de eis provideri obtinuit illosque extitit pacifice assecutus. Verum, pater beatissime, postquam dictus Mathias prefatos canonicatum et prebendam pluribus mensibus //(fol. 40r) possederat prout possidet de presenti, reperitur, quod s(anctitas) v(estra) fecit quandam novam constitutionem sive regulam Cancellarie sub dat. quarto kalendas ianuarii anno octavo³, que voluit et ordinavit pro expressis, quod in omnibus et singulis^a beneficiis ecclesiasticis cum cura et sine cura, quecumque et qualiacumque essent, quorumlibet cursorum dicte sanctitatis, cum ea ubicumque vacare contingerit, reservatio generalis detur. Cumque, pater beatissime, constitutio huiusmodi prefato Mathie ius quesitum in dictis^b canonicatu et prebenda penitus tollat post possessionem pluribus mensibus habitam ac moris sit v(estre) s(anctitatis) quemlibet in suo iure conservare ac prefatus Mathias nullatenus de canonicatu et prebende se intromisisset, si de reservatione bene-

¹ Johannes de Ede.

² Mathias Mathie.

ficioꝝ cursoruꝝ aliquo modo notitiam habuisset, ne igitur ipse Mathias de possessione canonicatus et prebende predictorum propter constitutionem huiusmodi, que per plures menses post adeptam possessionem in libro Cancellarie scripta et numquam publicata fuit, citia(tur), supplicat humiliter s(anctitati) v(estre) idem Mathias, qui per plures annos Romanam curiam in magno tribulationibus et laboribus secutus est, quatenus eum premiss(is) attent(is) apostolicis favoribus et gratiis prosequen(..) decernere dignemini et declarare constitutionem predictam ipsi Mathie quoad canonicatum et prebendam predictos nullum potuisse neque in aliquo posse preiudicium generare, sed eum in possessione huiusmodi canonicatus et prebende predictorum manere debere in omnibus et per omnia perinde, ac si constitutio predicta minime emanasset, eadem constitutione et quibuscumque gratiis de dictis canonicatu et prebenda cuidam Iacobo Sluysken clerico dicte diocesis et quibusvis aliis sub quacumque forma vel expressione verborum factis, quibus quoad hoc dumtaxat expresse derogare placeat, ceterisque gratiis non obstantibus quibuscumque. Cum clausulis oportunis.

Attento, pater sancte, quod nulle littere super huiusmodi canonicatu et prebenda sunt expedita.

Concessum, ut petitur, in presentia domini nostri pape, C<hristophorus> Ariminensis⁴.

Datum Florentie, quintodecimo kalendas augusti anno nono⁵.

³ 1438 Dezember 29.

⁴ Christophorus de S. Marcello.

⁵ 1439 Juli 18.

^a folgt et

^b folgt in

RL 494, fol. 293r-305v (*Bilder bestellen*); **RV 377 Rubr.**, fol. 6r; **RV 377**, fol. 156r-171r; **OL 920**, fol. 1r-23v; **Roma 80**, fol. 1r-21r; **Teildruck**: TANGl, KO S. 175-177 Nr. 38 (nach späterer Überlieferung); OTTENTHAL, Bullenregister S. 570-588 (nach RV 377, OL 920, Roma 80); **Regest**: TANGl, KO S. 168 Nr. 36; HOFMANN, Forschungen 2 S. 19 Nr. 73, S. 42f. Nr. 179.

ME 9. Constitutiones et statuta officii dominorum scriptorum litterarum apostolicarum^a

Alle anderen Textzeugen.	RL 494; TANGl.
	Nicolaus episcopus servus servorum Dei ^b .

Ad perpetuam rei memoriam. Pastoralis officii cura, quam disponente Domino licet immeriti gerimus, nos admonet propensius et hortatur, ut ad universorum Romane curie presertim officii scriptorum litterarum apostolicarum statum nostre dirigentes considerationis intuitum ea, que pro salubri regimine^c huiusmodi a Romanis pontificibus predecessoribus nostris provide statuta et ordinata fuisse conspicimus, quedam alia ex novis emergentibus causis ipsis adiiciendo utilia, etiam nostro munimine robaremus et, ut ulla perpetuo observentur^d, opem et operam impendamus efficaces. Hinc est, quod nos dilectorum filiorum^e magistri Sinibaldi de Spada rescribendarii et universorum scriptorum litterarum earundem in hac parte supplicationibus inclinati quasdam super nonnullis constitutionibus, ordinationibus et statutis circa regimen et gubernationem^f officii scriptori litterarum huiusmodi et officialium eiusdem editis a felicitis recordationis Eugenio papa quarto^g predecessore nostro emanatas litteras, quarum tenores de verbo ad verbum inferius inseri fecimus, auctoritate apostolica et ex certa scientia tenore presentium innovamus et approbamus ac perpetue firmitatis robore subsistere et sub penis in illis contentis inviolabiliter perpetuis futuris temporibus observari debere decernimus ac districte precipimus et mandamus ipsisque constitutionibus et ordinationibus adiiciendo nec non quibusdam a bone me-

	<p>morie Iohanne XXII predecessore nostro desuper editis constitutionibus et ordinationibus inherendo statuimus et ordinamus, quod nullus eorundem scriptorum pro scribendis litteris apostolicis nec ante nec post scriptionem earundem ultra taxationem dictarum litterarum aliquid recipiat, etsi gratis offeratur eidem, contrarium vero faciens duplum restituat et per vicecancellarium seu pro tempore Cancellariam apostolicam regentem suspendatur ab officio scriptorie quodque iidem scriptores, ex quo litteras rescribendas receperint, illas infra tres dies scribere ac impetranti eas satisfactione premissa restituere [debeant]^h, nisi legitimum impedimentum habeant, quod statim, si occurrat vel cum infra huiusmodi tempus occurrerit, rescribendario significare ac notam seu litteras ipsas ad eum remittere teneantur, et qui hoc non servaverit, arbitrio vicecancellarii seu regentis huiusmodi puniatur. Preterea quod nullus eorundem scriptorum litteras per eum scriptas restituat, nisi prius cum nota ipsas auscultaverit diligenter et eas secundum notam sive minutam correxerit antedictam, alioquin contrafaciens arbitrio puniatur antedicto. Tenor vero dictarum litterarum sequitur et est talis:</p>
--	--

^a RV 377 Rubr. Constitutiones scriptorum litterarum apostolicarum

^b RL 494 am Kopf links Rainucius

^c statum et salubre regimen *mit Auslassung alles Dazwischenstehenden* BS

^d observemus C'

^e dilecti nostri C

^f administrationem CS

^g tertio C

^h fehlt CC'S

IN PRIMIS, QUOD QUILIBET SCRIPTOR TENEATUR HABERE STATUTA INFRA MENSEM UT IN FINE HUIUS PRIMI CAPITULI^a.

(1) Eugenius episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Sicut prudens paterfamilias ad laudabilem dispensationem gloriosumque regimen familie domus sue rectitudinemque vivendi operosis virtutum studiis libenter intendit ac cuncta, que illi profutura sunt, acute considerationis indagine perscrutatur et sui maturitate consilii circumspicit, diligenter normam illi semper prebens et ordinem cum honestate, iustitia et sincera ratione vivendi, ut seclusis vitiis sentibusque undique evulsis in ea splendide virtutes plantentur et inserantur, que assiduum fructum afferant suavis odoris, honoris, laudis, commendationis et fame, ita et nos pariter ad dilectos filios et familiares nostros litterarum apostolicarum scriptores sollicitudinis nostre partes paterna cordis affectione dirigimus, cupientes, quod ipsi scriptores pro tempore existentes evulsis vitiis plantatisque virtutibus debite reformationis decore refulgeant ac officium scriptorie litterarum earundem per singulos ipsos scriptores pro tempore existentes in huiusmodi officii exercitio, cuiuslibet privati commodi affectione semota, cum sincere fidei integritate et mutue caritatis ardore invicem et erga cunctos alios absque personarum acceptione laudabiliter regatur et virtuose gubernetur ad laudem omnipotentis Dei decoremque et decus Cancellarie sacrosancte Romane ecclesie nec non rei publice utilitatem et personarum omnium ad eandem Cancellariam pro expediendis litteris super eorum gratiis eis auctoritate apostolica concessis concurrentium votivam expeditionem celeremque profectum.

^a Constitutiones - capituli *Roma 80*

(2) Cum itaque licet a felicis recordationis Iohanne XXII¹, Benedicto XII², Gregorio XI³ et Martino V⁴ Romanis pontificibus predecessoribus nostris a nobisque⁵ etiam quamplura constitutiones et statuta circa regimen et gubernationem presertim officialium nec non officiorum dicte Cancellarie provide emanaverint, pro eo tamen, quia mundi crescente malitia illa postmodum debite observata non fuerint nec observantur ad presens et ex temporum varietate ac novis emergentibus casibus moderatione additionibusque utilibus non est dubium indigere nec non etiam cum ea hinc inde sparsa sint, ut ipsorum notitia sit per unum-

¹ = *Johannes XXII. Nr. 47 und 5f4f.*

² = *Benedikt XII. Nr. 44.*

³ = *Gregor XI. Nr. 86.*

⁴ = *Martin V. Nr. \$\$\$.*

quemque ex dictis scriptoribus facilius habita, in antea perpetuo inviolabiliter observentur, resecatis superfluis illa innovare seu ipsorum constitutionum et statutorum effectum dumtaxat aliaque honesta officio ac scriptoribus predictis necessaria continentia constitutiones et statuta de novo edere et insimul in unum tradere plurimum utile et necessarium fore nec non ad reformationem decoremque et honestatem officii ac scriptorum huiusmodi cedere dinoscatur, nos officii, quod inter alia Romane curie officia nobis velut peculiare^a ac scriptorum eorundem, qui familiares nostri existunt, reformationi et indemnitati, prout ex debito nobis licet immeritis iniuncte apostolice servitutis officio tenemur, salubriter providere et utiliter intendere cupientes, constitutionibus et statutis predecessorum eorundem atque nostris predictis inherentes dilectorum quoque filiorum magistrorum Ambrosii de Dardanibus⁶ rescribendarii et Francisci de Padua⁷ sindici defensoris nec non aliorum officialium ac universorum et singulorum scriptorum litterarum earundem in hac parte supplicationibus inclinati - matura desuper deliberatione ipsisque constitutionibus et statutis diligenter per nos recensitis et examinatis - infrascripta constitutiones et statuta, que omnia et singula vim perpetue constitutionis habere decernimus et sub penis in illis contentis precipimus inviolabiliter observari, ex certa scientia auctoritate apostolica tenore presentium constituimus, edimus et facimus, mandantes ex nunc dilecto filio^b nostro Francisco⁸ tituli sancti Clementis presbitero cardinali eiusdem Romane ecclesie vicecancellario et, cum ipse Franciscus cardinalis pro tutela et defensione christifidelium nec non perfidorum Turcorum expugnatione, quas pro viribus enitimur et dextera domini assistente propitia perficere intendimus, ad presens agat in remotis, venerabili fratri nostro Honofrio Francisci^{c9} episcopo Melfiensi predictam Cancellariam de mandato nostro regenti eorumque successoribus, quatenus predicta omnia et singula per nos de novo edita constitutiones et statuta, penas in eis contentas contra illa non observantes debite executioni demandando faciant cum omni diligentia inviolabiliter observari, que, ut attentius observentur, statuimus, quod rescribendarius ceterique officiales ac singuli scriptores litterarum earundem nec non et senescallus, qui custos est dicte Cancellarie, presentes et futuri nova constitutiones et statuta huiusmodi infra mensem a die publicationis presentium computandum, videlicet rescribendarius, officiales et scriptores secum ac senescallus predicti in loco prefate Cancellarie habere et de hoc infra alium mensem dictum vicecancellarium seu regentem

⁵ = Eugen IV. ME 16.

⁶ Ambrosius de Dardanibus.

⁷ Franciscus de Padua.

⁸ Franciscus Condulmer.

⁹ Honofrius Francisci.

certificare sub pena duorum florenorum auri de Camera lapsis mensibus predictis cuilibet, qui premissa non adimpleverit, per rescribendarium ipsarum litterarum pro tempore existentem in „Ultra“ ponendo teneantur, ac decernentes infrascripta et non alia constitutiones et statuta, nisi per nos aut successores nostros Romanos pontifices in futurum de novo edi contigerit, per scriptores prefatos in posterum perpetuis futuris temporibus inviolabiliter observari.

^a peculiare RV 377 pecularie

^b RV 377 sic

^c Francisci RV 377 Francisco

CONSTITUTIONES SCRIPTORUM^a.

(3). 1 In primis siquidem quoniam se-
 2 cundum doctrinam evangelicam et humane nature rationem
 3 illud hominum cordibus .situm esse debet illudque precipue
 4 observandum dominum et ..atorem suumdem? videlicet re-
 5 cognoscere illique soli servire et eius regimini? querere
 6 ac mentem suam templum Christo efficere glorioso
 7 nec non eum tota mente, toto corde totaque anima adorare
 8 ut exinde celestis patrie? dulcedo degustetur, ipsorum scriptorum
 9 antique consuetudini inherendo statuimus et ordina-
 10 mus, quod dicti scriptores, quibus dudum, quod licet eis habere
 11 altare portatile, per alias nostras litteras indulsimus, <ut>
 12 sacerdotem ... vite laudabilis, honeste conversationis
 13 et fame Deumque timentem per ipsos scriptores eligen-
 14 dum seu deputandum, ad eorum nutum amovendum ha-
 15 beant, qui sacerdos per se vel alium singulis diebus
 16 missam super dicto altari in Cancellarie prefate vel
 17 alio loco seu ecclesia ad id per scriptoris huius ... pro
 18 tempore deputando vel deputanda hora debita in
 19 presentia eorundem scriptorum iuxta ritum et consuetudinem
 20 dicte curie, videlicet in prima feria secundum cursum
 21 temporum et ordinationem officii eiusdem curie, se-
 22 cunda pro animabus defunctorum, tertia pro
 23 statu pacis et augmento sancte Romane ecclesie ac

24 nostro et Romani pontificis pro tempore existentis, quarta
 25 de spiritu sancto, ut corda fidelium illustet, quinta
 26 pro itinerantibus, captivis, expositis naufragio et
 27 aliis miserabilibus personis, quibus Altissimus suffragia
 28 optata prestet et largiatur, sexta de cruce
 29 in memoriam passionis Domini nostri Iesu Christi, septima
 30 vero feriis de gloriosa virgine Maria humani
 31 genus advocata missas, nisi alias per ecclesiam ex super-
 32 venientibus festivitatis ordinatum fuerit, celebrari ac continue
 33 in singulis missis pro Romane ecclesie ac nostri et pon-
 34 tificis predicti statu specialem orationem Deo, ut
 35 nos et illos votivis et felicibus successibus prosperet
 36 facere nec non in singulis congregationibus per dictos pro
 37 tempore faciendis scriptores personaliter interesse et
 38 in ipsis congregationibus per scriptores huius(modi) gesta
 39 conclusa seu determinata fideliter et accurate scribere
 40 ac in formam publicam, si opus fuerit, redigere teneantur.

^a Constitutiones scriptorum RV 377; **Quod capellanus habeatur, qui cotidie celebret missam in Cancellaria et quales missas dicere teneatur** (woher?)

QUOD NUMERUS SCRIPTORUM SIT CENTUM ET UNUS ET NEGOTIA SUA COLLEGIALITER TRACTENT^a.

(4) Item, cum multitudo confusionem pariat, nos tam ex predecessoribus prefatis quam nostris desuper eisdem scriptoribus concessis privilegiis et antique consuetudini inherentes statuimus et ordinamus, quod dicti scriptores, quorum numerus retroactis causante schismate excessive adauctus^b fuerat, modernis vero temporibus ad antiquum videlicet centum et unius numerum reductus fore dinoscitur, centum et unus^c, qui collegium faciant et pro quibuscumque collegium ipsum concernentibus tractandis negotiis in aliquo honesto loco ad id^d per eos deputando collegialiter congregari et sic congregati negotia predicta iuxta modum et formam infrascriptos expedire teneantur et iure aliorum collegiorum vivant, dumtaxat et non plures sint nec esse debeant.

^a Quod - tractent \$\$\$

^b adauctus RV 377 aductus

^c unus RV 377 unius

^d id fehlt RV 377

SCRIPTORES HONESTO HABITU UTANTUR ET QUALES VESTES GESTARE TENEANTUR^a.

(5) Item, cum deceat scriptores litterarum earundem, qui familiares nostri sunt, ut prefertur, et per quorum manus etiam ardua queque negotia nostra tractantur, viros esse litteratos nec non ad scribendum habiles et idoneos ac bonorum morum honesteque conversationis et fame, statuimus et ordinamus, quod in antea perpetuis futuris temporibus singuli scriptores prefati in curia et extra habitu honesto videlicet nimia brevitate vel, nisi eis ratione alterius dignitatis, officii, gradus vel ordinis competat, longitudine non notando per unam palmam a terra distante incedant quodque de cetero nulli officium scriptorie litterarum huiusmodi conferatur et scriptores ipsi ad recipiendum aliquem in scriptorem litterarum earundem quavis auctoritate compelli nullatenus possint, nisi de legitimo toro procreatus et ad minus in constructu et scriptura sciens et expertus nec non bone fame et honeste conversationis ac in sacris seu minoribus constitutus vel saltem clericali caractere insignitus aut clericus cum unica et virgine dumtaxat coniugatus et nullum ex infrascriptis officiis obtinens vel exercens existat ac decimum octavum sue etatis annum attigerit, mandantes tribus, quattuor et aliis^b scriptoribus, quibus vicecancellarius seu regens Cancellariam pro tempore existens examen de novo admittendi in scriptorem iuxta laudabilem et hactenus observatam consuetudinem, quam et nos tenore presentium approbamus, duxerit committendum, ut unacum sindicis defensoribus dicti officii ipsum de novo admittendum in constructu et scriptura examinare ac de aliis qualitatibus premissis se informare diligenter debeant et teneantur, inhibentes quoque districtius vicecancellario, regenti et successoribus prefatis ac rescribendario et computatori pro tempore existentibus ceterisque officialibus et scriptoribus litterarum earundem, ut nullum in scriptorem litterarum predictarum recipiant et admittant ac in pitaphio ipsorum scriptorum describant, nisi per tres, quattuor et alios scriptores ac syndicos defensores predictos habilis et sufficiens ac omnes qualitates antedictas habens repertus fuerit et, nisi frater, filius aut nepos ex fratre scriptoris fuerit, quos ad solutionem huiusmodi teneri nolumus, decem et novem florenos auri de Camera et quinque Turonenses, quorum decem unum florenum auri similem valeant, ante sui admissionem realiter et cum effectu persolverit, decernentes nihilominus de novo recipiendum in scriptorem huiusmodi iuxta antiquam et laudabilem hactenus observatam consuetudinem per duos menses a die sue ad dictum officium admissionis computandos mediate emolumentorum huiusmodi officii carere debere nec post lapsum mensium huiusmodi reintegrari posse, nisi iuraverit et alias legitime coram rescribendario, deputatis et sindicis probaverit se huiusmodi presentium litterarum nostrarum copiam realiter et cum effectu penes se ha-

bere, ac irritum et inane, quidquam contra statutum, ordinationem, mandatum et inhibitionem nostra huiusmodi per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari.

^a Scriptores - teneantur \$\$\$

^b aliis RV 377 illis

(6) Per huiusmodi autem statutum et ordinationem non intendimus prohibere nec prohibemus, quin aliquod ex infrascriptis officiis obtinenti vel exercenti officium scriptorie confertur et ad illud admittatur, dummodo reliquas qualitates supradictas habeat et ante suam ad huiusmodi officium scriptorie admissionem officium per eum obtentum predictum dimittat vel exercitio huiusmodi absteat realiter et omnino.

HABENTES CERTA OFFICIA, UT HII NON POSSINT ADMITTI AD OFFICIUM SCRIPTORIE^a.

(7) Officia vero de quibus supra sequuntur et sunt ista videlicet Camere apostolice generalis nec non quorumcumque Palatii apostolici causarum auditorum et Audientie contradictarum notariatuum ac ipsius Audientie contradictarum ac Penitentiarie procuratorum et scriptorum tam in supplicationum per nos seu de mandato nostro signatarum quam etiam litterarum nostrarum registris et servientium armorum ac cursorum et quecumque alia officia, que iuxta communem reputationem viliora seu minora dictis officiis fore censentur.

^a Habentes - scriptorie \$\$\$

INTER QUOS DIVIDUNTUR IOCALIA^a.

(8) localia vero de quibus supra sic distribui volumus: vicecancellario seu regenti pro tempore huiusmodi duo, rescribendario duo, computatori unus, auscultatoribus unus, thesaurario unus, lectoribus in Audientia contradictarum unus, correctori conquestuum quinque grossi Turonenses, taxatori eorundem conquestuum unus, senescallo seu custodi Cancellarie duo, reliqui vero floreni octo thesaurario capelle eorundem scriptorum pro illius ornamentis et aliis necessitatibus assignentur.

^a Inter - iocalia \$\$\$

QUOD ELIGANTUR OFFICIALES UT INFRA^a.

(9) Preterea, quia sicut humanum corpus per diversa membra maiora et minora invicem tamen unitatem habentiam regitur et gubernatur, ita ut unum quodque collegium per diversas illius personas diversa in eo dignitates seu officia vel administrationes habentes feliciter regitur et gubernatur, pro salubribus regimine et gubernatione collegii scriptorum huiusmodi per quot et quales personas ipsum collegium regi et gubernari nec non quid ad uniuscuiusque personarum predictarum officium pertinere ac per quantum tempus eorum officia durare velimus, presentibus ducimus statuendum.

^a Quod - infra \$\$\$

DE ELECTIONE RESCRIBENDARII.

(10) Statuimus igitur et ordinamus, quod ad huiusmodi regimen et gubernationem singulis trimestribus secundum modum et formam infrascriptos ex ipsis scriptoribus unus fidelis, diligens, longa experientia doctus, practicus et expertus, qui vicesimum quintum sue etatis annum exegerit et ad minus per quinquennium scriptor^a litterarum earundem fuerit, in illorum rescribendarium eligatur et deputetur.

^a scriptor *RV 377* scriptorum

(11) Qui quidem sic electus et deputatus iuramentum^a, antequam officium suum huiusmodi exercere incipiat, in vicecancellarii seu regentis pro tempore existentis predicti manibus iuxta formam inferius in rubrica de iuramentis per officiales prestandis annotatam prestare teneatur¹.

¹ *Vgl. unten (48)*

^a iuramentum *fehlt RV 377*

RESCRIBENDARIUS DISTRIBUAT MINUTAS ET DE HIIS, QUE GRATIS EXPEDIUNTUR^a.

(12) Ad officium autem rescribendarii pertinere volumus quascumque ingrossandas minutas scriptoribus distribuere et ingrossatas, si taxande fuerint, iuxta Iohannis predecessoris nostri prefati taxas seu nostras - cum taxas huiusmodi reformare intendimus, postquam reformate fuerint¹ - taxare, non taxandas vero „Gratis de mandato“, si desuper a nobis vel successoribus nostris pro tempore existentibus mandatum manu nostra vel successorum predictorum signatum emanaverit, aut „Gratis pro Deo“, si id impetrantis paupertas exege-

¹ *Vgl. Taxliste Eugen IV. = Eugen IV. ME 9A*

rit ipseque impetrans personaliter in Romana curia fuerit, iuxta tamen formam statuti de litteris pauperum inferius per nos editi signare².

² Vgl. unten (\$\$\$)

^a Rescribendarius - expediuntur \$\$\$

LITTERAS TAXE SUMMAM FLORENORUM IV EXCEDENTES TAXET CUM CONSILIO DEPUTATORUM ET SUBSCRIPTIONE.

(13) Item, quotiens occurrent littere maioris taxe quattuor florenorum, illas cum consilio et deliberatione maioris partis deputatorum suorum, qui se pro fide in plica ab intra subscribant, taxare teneatur, quod, si non fecerit, puniatur in taxa littere, ac sub simili pena taxe, quam eo ipso contrafaciens incurrat, nullamque sub simili pena taxe ex litteris taxandis et non computandis videlicet non ponendis in pitaphio signare vel taxare nisi in presentia computatoris et maioris partis^a deputatorum, qui similiter pro fide in plica ab intra se subscribant.

^a partis RV 377 partibus

QUOD RESCRIBENDARIUS FACIAT SINGULIS MENSIBUS CONGREGATIONEM ET PUNIAT DELINQUENTES^a.

(14) Preterea singulis mensibus, ad minus videlicet in illorum principiis et quotiens sibi pro dicto collegio scriptorum expediens visum fuerit, collegium scriptorum convocare ac delinquentes scriptores iuxta delictorum exigentiam punire et omnibus et singulis scriptoribus presentibus equalitatem distributionum facere **debeat** et, si in primo defecerit, in secundo, si vero in secundo etiam defecerit, in tertio mensibus defectus huiusmodi suppleat, alioquin solvat et satisfaciat scriptori, cui non distribuerit, partem suam et recipiat in „Attende“ supra, si quod alteri dare et distribuere ex sua negligentia omisit - non stricte tamen considerando de duobus vel tribus florenis in fine trimestris - et facientes rationem contra rescribendarium, qui equaliter non distribuerit, hanc constitutionem plenarie exequantur, ut alios rescribendarios successores doceant huiusmodi constitutiones in posterum efficaciter observari. Et si facientes rationem ac computum huiusmodi hoc facere neglexerint, rescribendarius successor ad instantiam et querelam scriptorum, quibus non fuerit distributionum equalitas observata, sub pena salarii et emolumentorum suorum facere et exequi teneatur. Que pena applicetur capelle antedictae.

^a Quod - delinquentes \$\$\$

SUBTRAHAT ATTENDE SINGULIS MENSIBUS ET QUANTUM^a.

(15) Rescribendarius insuper scriptoribus in „Attende“ existentibus det duos, tres, quattuor vel quinque aut sex vel octo florenos secundum magnum aut parvum „Attende“ ipsorum mense quolibet, ut huiusmodi „Attende“ successive defalcetur et pitaphium reducatur ad paritatem per bonam et providam distributionem. Et illud idem servetur in „Ultra“.

^a V, Teneatur subtrahere vel discomputare „Attende“ singulorum quolibet mense O.

DE TEMPORE ABSENTIE CONCEDENTE ET QUOMODO CONCEDATUR^a.

(16) Item dictus rescribendarius cum consilio et assensu deputatorum et sindicorum defensorum seu maioris partis eorum indigentibus scilicet et volentibus ire ad balnea vel ad alia loca pro sanitate recuperanda seu conservanda unius mensis, dummodo, quod in balneis vel aliis locis huiusmodi ratione sanitatis per maiorem partem dicti mensis steterit, fidem per iuramentum seu idoneos testes ipsis rescribendario, deputatis et sindicis defensoribus fecerit. Aliis vero recreationis seu alia quacumque causa a Romana curia recedere volentibus quindecim dierum absentiam dumtaxat et semel in anno dare possit et non alias nec alio modo nisi de expresso mandato nostro vel successorum nostrorum predictorum nostra vel illorum manu signato. Si vero contrarium fecerit, illud sit irritum et inane ac ipsi rescribendario pro tempore ponatur in „Ultra“. Volumus autem, quod huiusmodi pro tempore concessae absentiae notentur in libro diligenter, ut omni tempore appareat, quibus ille concessae fuerint et ipsarum quolibet semel tantum in anno et non pluries concedatur.

^a De - concedatur \$\$\$

DE LITTERIS DE CURIA ET QUALITER SCRIBI ET REMUNERARI DEBEANT^a.

(17) Et insuper quoniam onera in partes divisa facilius supportantur et, qui commodum sentit, onus sentire debet ac propterea, cum plerumque littere „De curia“, que de sui natura gratis scribende sunt, scribi habeant, dictus rescribendarius pro tempore existens nomina omnium et singulorum scriptorum, quibus per ordinem littere „De curia“ huiusmodi pro tempore distribuuntur, in uno libro notare et, si tales littere de meliori et formosiori littera scribende sint, illas melius et pulchrius scribentibus, alias vero aliis scriptoribus equaliter pro posse distribuere^b teneatur nec pro aliqua ex dictis litteris „De curia“ scriptori illam

scribenti in „Attende“ aliquid in pitaphio ponat, nisi huiusmodi littera numerum vigintiquinque linearum, quarum quelibet viginti sex dictiones in se contineat, forsitan excederet. Quo casu scriptori pro huiusmodi littera quinque Turonenses, quorum decem unum florenum auri de Camera valeant, et, si viginti quinque huiusmodi linearum numerum excesserit, pro qualibet linea, in qua excedet, sextam partem similis Turonensis in „Attende“ ponere nec non huiusmodi excessivas cuilibet scriptori incipiendo a primo in ordine et successive usque ad ultimum continuando distribuere **teneatur**.

^a De - debeant \$\$\$

^b alias vero aliis scriptoribus equaliter pro posse distribuere *fehlt RV 377*

QUOD IN FINE CUIUSLIBET MENSIS FIAT RATIO ET PER QUOS ET [DE] CONCORDANDO PITAPHIO CUM LIBRO PITAPHII ET LIBRO PLUMBI ET DE ERRORIBUS CORRIGENDIS^a.

(18) Preterea, cum in fine cuiuslibet mensis ratio sive computum fieri debeat iuxta laudabilem hactenus observatam consuetudinem, quam et in posterum perpetuis futuris temporibus inviolabiliter per presentes decernimus observandam, quod dictus rescribendarius ad huiusmodi rationem seu computum deputatos et syndicos defensoros nec non aliquos alios ad minus quattuor bene practicos, doctos et expertos ex ipsis scriptoribus vocare teneatur quodque deputati seu vocati ad rationem et computum huiusmodi aliquam gratiam - videlicet reintegrando scriptorem de novo admissum aut ratione absentie aliquid in pitaphio in „Attende“ ponendo seu alias quomodolibet - nisi iuxta presentium constitutionum et statutorum formam ac tenorem facere non presumant, alioquin cuilibet contrarium facienti pena duorum florenorum auri de Camera prefate capelle applicandorum irremissibiliter inferatur. Ac prefati deputati eadem vel sequenti die, postquam fecerint rationem vel computum, revideant pitaphia dicti exacti mensis cum libro pitaphiorum, in quo nomina omnium scriptorum et quid in mense in summa scripserint nec non „Attende“ et „Ultra“ eorum denotentur et, si aliqui errores commissi fuerint, corrigant et emendent etiam cum infrascripto libro taxarum in plumbo sicque tollentur suspensiones et oblocutiones.

^a Quod - corrigendis \$\$\$

DE IURIBUS PITAPHIIS ET LIBRIS OFFICII CONSERVANDIS^a.

(19) Continuetur autem dictus liber pitaphiorum iam dudum inceptus et reponatur in capsula, in qua cum quattuor clavibus - una rescribendario, alia computatori, reliquis vero duabus

duobus ex sindicis defensoribus dicti officii assignandis - iura et privilegia dicti officii conserventur. Rescribendarius vero contrafaciens salarium suum perdat eo ipso.

^a De - conservandis \$\$\$

(20) Districtius autem inhibemus dicto pro tempore rescribendario, ne durante tempore officii sui aliquas pecunias tangat vel recipiat ex officio pro aliquo negotio seu facto officium huiusmodi concernente^a nec possit aut debeat ponere seu scribere in pitaphio aliquem scriptorem de novo admittendum etiam per scriptores deputatos et syndicos defensores predictos habilem et idoneum repertum, ut prefertur, sine consensu et deliberatione scriptorum collegialiter congregatorum vel maioris partis eorum, nisi de speciali nostro vel successorum predictorum mandato nostra vel illorum manu signato, quod, si aliquem contra huiusmodi inhibitionem admiserit, rescribendarie officio privatus et per unum annum ab emolumentis officii suspensus existat eo ipso, ac taliter admissus habeatur pro non admissis et de pitaphio deleatur.

^a concernente RV 377 retinente

QUILIBET ELIGAT SIBI SCRIPTOREM ET RESCRIBENDARIUS NON POTEST ELIGERE ET QUOD RESCRIBENDARIUS ET COMPUTATOR NON SCRIBANT^a.

(21) Item aliquas vicarias non faciat - hoc est, pro aliquo scriptore ex se ipso et sua ordinatione scribi faciat quovis modo -, sed solum scriptor ille, qui per alium scriptorem pro se scribere facit, habeat eligere scriptorem unum, qui pro eo scribat, nec ipse nec etiam computator dictarum litterarum pro tempore existens aliquas litteras taxandas vel non taxandas vel etiam „De curia“, pro quibus aliquam mercedem consequantur, scribant, prout nec de presenti scribunt, sed sibi pro eorum portionibus et salariis provideatur de litteris bonarum taxarum. Si vero contrarium fecerint, penam decem Turonensium contrafacientes pro quolibet littera in „Ultra“ per syndicos aut rescribendarium subsequentem ponendorum incurrant.

^a Quilibet - scribant \$\$\$

DE ELECTIONE COMPUTATORIS ET EIUS OFFICIO ET QUOD RESCRIBENDARIUS AD EIUS ARBITRIUM REDUCAT TAXAS^a.

(22) Ceterum quoniam duorum testimonio stat omne verbum et propterea credatur ab antiquo inventum fuisse computatoris officium, nos illud tenore presentium approbantes statuimus et ordinamus, quod dictis singulis trimestribus secundum modum et formam infra-scriptos ex prefatis scriptoribus unus fidelis, diligens, practicus et expertus, qui vicesimum tertium sue etatis annum attingerit et per triennium ad minus scriptor fuerit, in computatorem eligatur et deputetur quodque in computatorem electus et deputatus huiusmodi iuxta laudabilem hactenus observatam consuetudinem litteras taxatas diligenter computare et, si quas minus aut ultra debitum forsan taxatas viderit, antequam illas computet, rescribendarium pro tempore et, si rescribendarius non acquieverit ac taxam correxerit addendo vel minuendo, prout iustum fuerit, syndicos defensores nec non deputatos predictos desuper avisare teneatur.

^a De - taxas RV 377

DE ELECTIONE AUSCULTATORUM ET EORUM OFFICIO^a.

(23) Quia vero in auscultatoribus pro parte pendet auctoritas expeditionis litterarum, pari modo singulis trimestribus eligantur et deputentur in auscultatores duo fideles et longa experientia practici et experti, qui ad minus per quinquennium scriptores fuerint quique diligentes se exhibeant in auscultando litteras rescribendas et rescriptas et prudenter advertant et nullum vitium in auscultatis litteris transire permittant, formam litteram attendant, virgulent litteras et congruitates et incongruitates cognoscant, pre ceteris acuant oculos in datis litterarum, diminutionibus et additionibus ipsarum litterarum, diligenter perspectis tenoribus, ne falsitas aliqua committatur.

^a De - officio RV 377

DE ELECTIONE DEPUTATORUM ET EORUM OFFICIO ET IN EORUM ELECTIONE ALIQUI REMANEANT DE ANTIQUIS^a.

(24) Et insuper, ut rescribendarius eo consultius et absque nota aliqua officium suum exerceat, quo plurimorum ei assistentium consilio et auxilio uti poterit, similiter dictis singulis trimestribus eligantur et deputentur quattuor vel sex seu octo ex ipsis scriptoribus, qui peritiores et aptiores esse videantur et assistant rescribendario in singulis agendis occurrentibus, maxime concernentibus honorem, statum et conservationem prefati collegii et in supplementum negligentie rescribendarii. Si rescribendarius per eos desuper requisitus id facere neglexerit, possint collegium huiusmodi convocare, exponere et notificare occurren-

tiam et deinde procedere iuxta maturam^b et providam deliberationem collegii prelibati. Quodque huiusmodi deputatio dumtaxat per trimestre tempus duret, in sequenti vero alia deputatione remaneant duo aut tres ex antiquis, qui novos deputatos de singulis occursis et occurrentis pro utilitate et commodo officii plenius valeant informare, agere, defendere et exequi, prout fuerit expediens et opportunum.

^a De - antiquis \$\$\$

^b maturam RV 377 naturam

DE ERECTIONE DEFENSORUM OFFICII ET EORUM EXERCITIO^a.

(25) Preterea, quoniam parum est statuta edere, nisi sint, qui illa exequantur, manteneant et observari faciant, eligantur seu deputentur simili modo ex scriptoribus predictis singulis trimestribus huiusmodi tres aut quattuor fideles bone fame et conversationis, animosi et diligentes, qui - odio, amore, timore et pretio sepositis - invigilent et studeant, quod tam supra quam infra per nos edita constitutiones et statuta inviolabiliter per unumquemque ex dictis officialibus et scriptoribus observentur et non observantes aut in aliquo circa illa quomodolibet delinquentes, etiamsi rescribendarius aut alius ex dictis officialibus fuerit, vicecancellario seu regenti pro tempore predictis deferre et notificare nec non, quod delinquentes pro modo delicti puniantur et ab eis pene realiter et omnino exigantur ac in sindicandis officialibus nomine officialibus nomine officii contra huiusmodi sindicandos generalia capitula dare et quod contra ipsos sindicandos absolutionis vel condemnationis per syndicos ad id deputatos infra terminum desuper statutum sententia feratur seu promulgetur, diligenter et cum effectu insistere teneantur, penas, quas contra delinquentes exequi facere neglexerint, eo ipso incursum.

^a De - exercitio \$\$\$

DE ELECTIONE THESAURARII ET EIUS OFFICIO^a.

(26) Eligatur quoque singulis dictis trimestribus unus ex ipsis scriptoribus fide et facultatibus idoneus in thesaurarium dicti officii, qui curam et regimen prefate capelle suscipiat cuique consignentur in scriptis omnia illa, que sunt et erunt ad servitium eiusdem capelle pro tempore deputata et describantur in uno libro mansuro apud rescribendarium pro tempore existentem et etiam in uno alio libro mansuro apud ipsum thesaurarium, qui etiam curam et onus habere teneatur de rebus ipsis capelle diligenter custodiendis et reas-

signandis loco et tempore, prout per rescribendarium et deputatos pro tempore existentes fuerit dictum, statutum et ordinatum.

^a De - officio \$\$\$

DE ELECTIONE TENENTIUM LIBRUM PLUMBI^a.

(27) Et insuper duo ex ipsis scriptoribus fideles et experti singulis trimestribus eligantur et deputentur, qui teneant librum taxarum in plumbo ac diligenter singulis diebus plumbi ad locum plumbi accedere et in ipso libro taxas litterarum describere ac in fine cuiuslibet mensis, dum computum sive ratio fiet, dictum librum portare, ut, si qua dubia in pitaphiis rescribendarii et computatoris emergerint, per ipsius libri inspectionem declararentur, ac de officio huiusmodi fideliter exercendo iuramentum in manibus rescribendarii in presentia collegii seu maioris partis scriptorum prestare teneantur, alioquin iuxta per eos in huiusmodi exercendo officio commissam negligentiam arbitrio sindicorum puniantur.

^a De - plumbi \$\$\$

DE RESCRIBENDARII ELECTIONE ET COMPUTATORIS ET DE MODO ELIGENDI^a.

(28) Omnium autem et singulorum officiorum predictorum officia tantum trimestre durare volumus, ita quod dictus rescribendarius per octo vel sex dies ante finem sui officii collegii scriptorum huiusmodi pro eligendis et deputandis officialibus predictis congregare debeat et teneatur ac per scriptores congregatos huiusmodi maturis consultatione et deliberatione prehabitis habitoque respectu non ad personas, cum in unitate caritatis et dilectionis pro ipsius collegii augmento et conservatione se ut fratres ac ut unius corporis membra invicem diligere et habere debeant, sed ad personarum merita nec non eiusdem collegii commodum pariter et honorem tres vel quattuor pro rescribendario et totidem pro computatore ac sex pro auscultatoribus ex fidelioribus et peritioribus dicti collegii iuxta formam inferius annotatam eligantur nec non sic electorum nomina vicecancellario seu regenti pro tempore presententur, ita ut inconcusse prima die mensis ex sic electis et presentatis dumtaxat, nisi aliud per nos vel successores nostros pro tempore fuerit ordinatum, per vicecancellarium seu regentem huiusmodi novi rescribendarius, computator et auscultatores fiant et nominentur, decernentes irritum et inane, si secus super hiis per vicecancellarium seu regentem huiusmodi quomodolibet fuerit attemptatum.

^a De - eligendi \$\$\$

DE SALARIO RESCRIBENDARII, COMPUTATORIS, AUSCULTATORUM ET EORUM, QUI TENENT LIBRUM PLUMBI^a.

(29) Ex officialibus vero predictis iuxta laudabilem et hactenus observatam consuetudinem rescribendarius, computator, auscultatores <et> librum plumbi tenentes dumtaxat ab officio huiusmodi salaria percipiant, videlicet rescribendario pro salario et eius^b pitaphio quinque et duo pro collatione, computatori similiter pro eius pitaphio et salario quattuor, cuilibet ex auscultatoribus tres, ex tenentibus librum in plumbo unus floreni auri et plus aut minus secundum qualitatem temporis et distantiam loci ac ipsorum scriptorum determinationem singulis mensibus in „Attende“ assignentur, prout hactenus extitit observatum.

^a De - plumbi \$\$\$

^b eius *fehlt RV 377*

DE ELECTIONE SINDICORUM ET TEMPORE ELECTIONIS.

(30) Item, cum iuxta evangelicam doctrinam unusquisque in locationis sue et sic quilibet de per eum in officio suo gestis et administratis in illius fine rationem reddere teneatur, ut exinde si bene, premium et laudem, si vero male egerit, ignominia et penas condigna reportet, statuimus et ordinamus, quod quilibet rescribendarius pro tempore per quattuor vel quinque dies, postquam ad officium rescribendarie assumptus seu deputatus fuerit, collegium pro eligendis sindicis, qui rescribendarium et omnes alios et singulos officiales preteritos sindicent, sub pena privationis salarii sui congregare debeat et teneatur.

DE OFFICIO SINDICORUM ET QUID FACERE TENEANTUR^a.

(31) Eligantur autem ex ipsis scriptoribus tres viri utique timentes Deum, iustitie et rei publice amatores, qui summarie, simpliciter et de plano sine strepitu et figura iudicii, sola facti veritate inspecta, etiam absque alicuius iudicarii ordinis forma servata rationem de gestis nec non administratis predictis videndi diligenter et examinandi nec non omnes et singulos officiales predictos corrigendi, multandi, puniendi et absolvendi, prout iustum fuerit, potestatem habeant, ita tamen quod infra mensem a die deputationis eorum numerandum rescribendarium et officiales predictos sindicasse, absolvisse vel multasse teneantur sub suspensionis emolumentorum ab officio per unum mensem, et quod rescribendarius pro tempore existens, sub dupli penis, quas contrafacientes eo ipso incurrant, infra alios quindecim dies ponendo cuilibet contrafacientium penam per eum incursam in „Ultra“, hanc

constitutionem exequi teneatur omnino ad instantiam sindicorum, defensorum officii et cuius intererit nec non quorumcumque aliorum scriptorum supra hoc querelam facientium.

^a De - teneantur \$\$\$

QUOD SCRIPTORES TENEANTUR INTERESSE MISSE PER EORUM CAPELLANUM CELEBRANDE SALTEM DIEBUS FESTIVIS^a.

(32) Ut autem unusquisque ex dictis scriptoribus, quid ad eius officium pertineat, tradita sibi regula facilius innotescat et, si delinqueat ac iuxta delicti exigentiam puniatur, ignorantiam allegari non possit, dictorum predecessorum nostrorum vestigiis similiter inherendo statuimus et ordinamus, quod singuli scriptores prefati et eorum quilibet singulis vel saltem dominicis aliisque festivis diebus misse per capellanum scriptorum celebrande huiusmodi interesse debeant.

^a Quod - festivis \$\$\$

DE SERVANDO STILO IN SCRIBENDO ET DE RESCRIBENDIS FACIENDIS ET INFRA QUOT DIES^a.

(33) Item, quod dicti scriptores sint diligentes in scribendo litteras in bona forma ac vigilant et sequantur et studeant stilum Cancellarie antiquum et laudabilem in omnibus observare et, si littere ipsorum defectu rescribende fuerint, eas suis habeant expensis rescribere seu rescribi facere infra tres dies a die requisitionis partis numerandos absque aliqua solutione vel remuneratione, etiamsi eis gratis oblatum fuerit.

^a De - dies \$\$\$

QUOD NON SCRIBATUR SINE DISTRIBUTIONE ET DE TEMPORE INGROSSANDI MINUTAS^a.

(34) Quodque nullus scriptor aliquam litteram gratiam vel iustitiam continentem sine distributione rescribendarii vel alterius potestatem habentis scribere presumat, exceptis litteris de iustitia a floreno infra exclusive taxandis aut „Gratis de mandato“ expediendis. Qui vero contrarium fecerit, eo ipso penam quinque Turonensium ipsi contrafacienti in „Ultra“ ponendorum pro qualibet littera incurrat et, si rescribendarius neglexerit hoc exequi, pro qualibet littera similem penam incurrat. Ac singuli scriptores notas seu minutas sibi distributas infra tres dies a die illius sibi facte presentationis numerandos scribere vel scribi facere et ingrossare ac illas et alias quascumque etiam „Gratis^b de mandato“ expediendas impetranti vel sollicitanti seu alteri cuicumque scriptas taxatas et in pitaphio positas et non

aliter aut „Gratis de mandato“ vel „Gratis pro Deo“ seu alias, prout ipsarum litterarum natura requirit, per ipsum rescribendarium signatas, nisi huiusmodi littera ei per rescribendarium hoc modo videlicet „Recipe ‚De curia‘“ fuerit distributa, restituere teneatur. Si quis vero contrarium fecerit, eo ipso penam taxae, qua dicta littera etiam „Gratis“ signanda alias fuisset taxanda, duplicate iuxta quandam per dictum Iohannem predecessorem nostrum desuper editam constitutionem¹ per rescribendarium pro tempore existentem ab ipso contrafaciente irremissibiliter exigendam et capelle antedictae applicandam pro qualibet littera incurrat et, si rescribendarius dictam penam taxae exigere neglexerit, pro qualibet littera simili pena taxae plectetur.

¹ = *Johannes XXII. Nr. 54.*

^a Quod - minutas \$\$\$

^b etiam Gratis RV 377 Gratis etiam

QUOD NON RESTITUANTUR LITTERE SINE TAXA, NISI SINT SIGNATE „GRATIS“, ET QUANDO RESTITUI POSSINT^a.

(35) Verum quia plerumque casus occurrere possent, quibus minus honestum seu utile foret huiusmodi statutum observare, volumus et decernimus, quod, si forsitan pro tempore alicui scriptori, quod aliquam per eum ingrossatam litteram absque eo, quod per rescribendarium taxetur vel signetur, sollicitanti vel alteri restituat, si per nos vel successores nostros vel aliquem ex nostris seu ipsorum successorum cubiculariis secretis aut aliquem alium ad id per nos vel dictos successores pro tempore deputandum in scriptis seu oraculo vive vocis mandatum fuerit, hoc casu litteram scriptor restituendo huiusmodi taxae duplicate totaliter penam predictam evitet, dummodo, ut via fraudibus penitus precludatur, dictus scriptor infra tres dies a die sibi facti mandati huiusmodi computandos in scriptis illud presentet, alioquin nomen et cognomen cubicularii vel deputati, si per cubicularium vel deputatum, ut prefertur, sibi factum fuerit, ac numerum et, nisi, quod secretam habeat, iniunctum fuerit, materiam litterarum predictarum rescribendario et uni ex sindicis defensoribus prefatis notificet, ut ipsi rescribendarius et syndici defensores superinde se possint de veritate informare, alioquin, si presentationem vel notificationem huiusmodi infra prefatos tres dies non fecerit, taxae duplicate penam antedictam incurrat et, si mendax repertus fuerit, ultra dictam penam ab emolumentis officii per unum mensem suspensus sit ipso facto.

^a Quod - possint \$\$\$; *Darauf bezieht sich auch die in O inserirte Verordnung Sixtus IV., von der ich (= Otenthal) einen Auszug hersetze: Cum ordinationes ab Eugenio IV scriptoribus date temporum malitia in desuetudinem converse sunt, nos, quia accepimus scriptores litteras apostolicas per eorum manus scriptas et sine rescribendarii licentia subscriptas et sine eius licentia et manus appositione partibus aut sollicitantibus eas tradere, mandamus, ne quis scriptor ea que sibi secreta scribenda commissa erunt, alicui audeat quoquo modo revelare neque ulla persone sine sui nominis subscriptione absque speciali nostro mandato et rescribendarii etiam subscriptione litteram aliquam restituere presumat, litteris minoris iustitie in forma pauperum ac ad unum beneficium simplicibus beneficiis dumtaxat conceptis (!).*

NON SCRIBENS HABEAT UNUM DUMTAXAT PRO SE SCRIPTOREM SCRIBENTEM^a.

(36) Item, quod quilibet scriptor non scribens habeat unum dumtaxat scriptorem pro eo scribentem nec rescribendarius pro tempore existens admittat alium a predicto et, si contrarium fecerit, tam scriptor quam rescribendarius penam quinque florenorum qualibet vice et pro quolibet eorum incurrat capelle predicte applicandam, quam rescribendarius successor auferat suspendendo eos ab emolumentis officii. Ipsa tamen emolumenta capelle applicentur antedictae.

^a Non - scribentem \$\$\$

DE MODO DISTAXANDI LITTERAS ET DE TAXA MUTANDA^a.

(37) Item ad fraudes et suspiciones evitandas numquam de cetero fiat taxa mutata, sed potius littera distaxetur et littera de novo rescripta taxetur nec in pitaphiis pro diminutione aliquid ponatur, sed, cum casus emerit diminuendi taxam, fiat diminutio non taxata littera, presentibus computatore et aliquibus ex deputatis, quorum duo in plica littere se inscribant signumque aliquod faciant super hoc ad fidem in pitaphio, etiamsi diminutio fiat in eodem mense. Id, quod tollitur de littera, tollatur de pitaphio. Si vero littere essent de mensibus preteritis, id, quod demitur, ponatur scriptori in „Attende“.

^a De - mutanda \$\$\$

QUOD SCRIPTORES ACCEDANT AD FUNUS SOCIORUM DEFUNCTORUM^a.

(38) Item, quotiens contigerit aliquem ex scriptoribus ab huiusmodi vite seculo migrare. Ut funus illius debite honoretur, omnes et singuli scriptores ad hoc ex parte rescribendarii pro tempore existentis vocari sub pena quinque Turonensium, quam quilibet contrafaciens ipso facto incurrat, **huiusmodi** funeri seu exequiis debeant interesse, nisi infirmitas vel alia evidens necessitas talem absentem scriptorem excuset^b, quam habens dicto rescribendario denuntiet et de illa fidem faciat, ut huiusmodi penam evitet. Et rescribendarius pro

tempore existens sub pena amissionis emolumentorum ac salarii et privationis officii rescribendarie hanc penam infra duos dies a die sepulture exequi teneatur cuilibet scriptori non interessenti dictos quinque Turonenses in „Ultra“ ponendo.

^a Quod - defunctorum \$\$\$

^b excusaret RV 377 scusaret

(39) Item, quod unusquisque ex scriptoribus participet in honoribus et oneribus ita, quod, qui ex ipsis in uno trimestri habuerit seu exercuerit aliquod officium in Cancellaria, puta rescribendarie, computationis et auscultationis litterarum apostolicarum et parve iustitie, infra biennium ad aliquod ex ipsis officiis admitti non debeat et, si electus fuerit, nullatenus debeat acceptare, quod, si secus fecerit, ab omnibus sui officii scriptorie emolumentis per dictum trimestre tempus sit suspensus.

QUOD RECEDENTES A CURIA SIGNIFICENT DIEM RECESSIONIS ET REVERSIONIS^a.

(40) Preterea, quod scriptores recedentes a curia significant diem recessus eorum rescribendario et, si secus fecerint, interim careant emolumentis officii pro eo tempore, quo absentes fuerint, etiamsi absentia aliqua gravisuri essent, et revertentes ad curiam similiter rescribendario se representent et, si se non presentaverint, pro absentibus habeantur.

^a Quod - reversionis \$\$\$

DE TEMPORE LITTERARUM DISTAXANDARUM ET DE PROROGATIONE TEMPORIS^a.

(41) Item, quod littere taxate, si partes vel scriptores vellent seu peterent illas distaxari, teneantur; et **scriptores** debeant in fine trimestris illas distaxandas rescribendario presentare, alias elapso trimestri nullatenus distaxentur, nisi per rescribendarium et computatorem, postquam fuerint presentate, ex iusta causa fuerit tempus prorogatum et, si iudicate fuerint per illos de parco et expedite, tunc nullo tempore distaxentur, prout antiquitus extitit observatum, nisi forsitan essent expedite contra voluntatem et intentionem impetrantis.

^a De - temporis \$\$\$

QUOD SCRIPTORES NON TENEANT CONCUBINAS^a.

(42) Quia vero decet scriptores, qui familiares nostri sunt, ut prefertur, et per quorum manus ardua negotia nostra scribuntur, viros esse laudabilis vite, fame et honeste conversa-

tionis, eiusdem Iohannis predecessoris vestigiis inherentes¹ statuimus et ordinamus, quod nullus ex ipsis scriptoribus concubinam publice tenere presumat et, si quis eorum illam tenuerit, eam infra mensem a die publicationis presentium computandum eiciat, illam vel aliam ulterius publice in concubinam nullatenus admissurus. Si quis vero contrarium fecerit, perceptione emolumentorum officii suspendatur, donec et quousque dictam concubinam realiter et cum effectu eicerit, illam vel aliam ulterius nullatenus admissurus.

¹ = *Johannes XXII. Nr. 54(119)*.

^a Quod - concubinas \$\$\$

DE LITTERIS SIGNANDIS IN FORMA PAUPERUM ET ALIIS „PRO DEO GRATIS“ CONCEDENDIS^a.

(43) Cum autem pauperibus nullatenus sit deneganda elemosina, cum de eorum paupertate constat, et etiam pretextu elemosine merces laborantium subtrahi non debeat, antique et diutine desuper observate consuetudini inherentes statuimus et ordinamus, quod rescribendarius pro tempore una cum maiori parte deputatorum et sindicorum defensorum, qui se in plica littere subscribant, litteras expectativas ad unum beneficium tantum et etiam super beneficio vacante non reservato, cuius fructus quindecim librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annum non excedant, et pro presente in Romana curia - receptisque super illius paupertate duorum fidedignorum testimoniis et eiusdem pauperis iuramento dumtaxat - alias vero litteras quascumque nonnisi, ut prefertur, et de consensu omnium et singulorum deputatorum et sindicorum defensorum predictorum, qui in plica littere similiter se scribant, „Gratis pro Deo“ in totum nec non etiam pro medietate, nisi de consensu maioris partis huiusmodi, qui similiter in plica littere se^b scribant, et in omnibus casibus antedictis nonnisi pro presente signare possit, quod, si contrarium fecerit, penam taxe ipsarum sic signatarum litterarum duplicatam eo ipso incurrat¹.

¹ Vgl. dazu MEYER, *Arme Kleriker* S. 16f.

^a De - concedendis \$\$\$

^b se fehlt RV 377

DE NUMERO FAMILIARIUM DOMINI VICECANCELLARII ET REGENTIS, QUIBUS GRATIS CONCEDI LITTERE DEBEANT^a.

(44) Ceterum, quoniam plerumque nonnulli sub nomine familiaritatis vicecancellarii seu regentis Cancellariam huiusmodi, licet re vera tales non existant, non modo pro eis, sed

etiam pro ipsorum beneficiorum ecclesiasticorum videlicet super indulgentiis et aliis gratiis^b „Gratis pro familiari domini vicecancellarii“ seu „Gratis pro familiari domini regentis“ litteras expediunt seu expedire faciunt, nos horum malitiis obviare volentes statuimus et ordinamus, quod in antea perpetuis futuris temporibus vicecancellarius pro triginta et in illius dumtaxat absentia regens predicti pro octo familiaribus suis continuis commensalibus tantum, qui ad minus per unum annum illorum servitiis continuo insteterint, et non pro pluribus nec^c aliis gratis litteras habeant quodque nomina et cognomina triginta seu octo familiarium huiusmodi, ne alias fraudi locus existat, in aliquo libro Cancellarie predictae describantur ac pro ipsorum personis tantum et non beneficiis ac in ipsis litteris, quod talis familiaris continuus commensalis et de numero predicto existat et servitiis predictis continuo per annum institerit, expresse ponatur, alioquin rescribendarius, qui secus fecerit, non modo taxe, qua secus signata per eum littera venisset taxanda, duplicate penam, sed etiam excommunicationis sententiam, a qua quavis auctoritate absolvi non possit, nisi huiusmodi penam ante omnia eidem capelle realiter persolverit, incurrat eo ipso.

^a De - debeant \$\$\$

^b aliis gratiis RV 377 alias litteras

^c nec fehlt RV 377

QUOD DETERMINATIONES ET NEGOTIA SCRIPTORUM PER FABAS FIANT ET AD PARTITUM PONANTUR^a.

(45) Et insuper, quia uniuscuiusque collegii felici regimine et conservatione illud potissimum fore dinoscitur, ut in discutiendis terminandisque collegialiter negotiis certi modus et forma serventur, per quos singule ipsius collegii persone libere et secure omni timore postposito vota sua iuxta eorum rectam conscientiam super agendis seu terminandis negotiis huiusmodi prestare valeant, statuimus et ordinamus, quod in antea perpetuis futuris temporibus tam electiones officialium quam alia quecumque per collegium huiusmodi scriptorum tractanda negotia per fabas secrete per unumquemque ipsorum scriptorum in pixide ponendas fiant, concludantur et terminentur quodque ea omnia et singula dumtaxat, quecumque et qualiacumque fuerint, in congregationibus collegii huiusmodi pro tempore faciendis proponantur et ad fabas seu partitum ponantur, que primo per duas partes ex tribus partibus ex rescribendario, deputatis et sindicis defensoribus prefatis insimul ad hec primitus congregatis conclusum et determinatum fuerit, decernendo irritum et inane, quidquid per dictos scriptores contra statutum et ordinationem huiusmodi proponi, concludi et determinari seu alias quomodolibet attemptari in posterum contigerit.

^a Quod - ponantur \$\$\$

(46) Quem vero modum seu quam formam dicti scriptores in huiusmodi congregationibus in sedendo, proponendo et vota per fabas scrutando tam in officialium electione quam aliis per eos collegialiter tractandis terminandisque negotiis nec non ipsos scriptores ad huiusmodi congregationes vocando et non venientes puniendo ac venientes premiando nec non penas presentibus inflictas exigendo et, ut citius et realiter exigantur, statuendo in omnibusque aliis et singulis ac circa premissa necessariis seu quomodolibet opportunis servare debeant.

(47) Per aliquos ex ipsis scriptoribus ad id per huiusmodi collegium deputandos, quibus super hiis plenam tenore presentium concedimus facultatem, statui et ordinari volumus, decernentes omnes et singulos modos et formas, quos sic deputati scriptores circa premissa statuerint et ordinaverint, per eos et alios scriptores litterarum predictarum presentes et futuros firmiter observari ac in libro, in quo huiusmodi nostra constitutiones et statuta scribentur, post illa^a ad perpetuam rei memoriam scribi debere.

^a illa RV 377 illam

(48) Iuramenta^a vero per officiales predictos prestanda seu illorum forma sequuntur:
 Ego .. rescribendarius iuro, quod officium per vos domine vicecancellarie vel per vos domine regens Cancellariam apostolicam de mandato domini nostri ad tres menses mihi commissum diligenter et fideliter exercebo, fraudem aut dolum circa illud nullatenus committendo. Item, quod de septem florenis auri de Camera, quattuor videlicet pro salario officii rescribendariatus et uno pro pitaphio et duobus pro collatione iuxta observatam consuetudinem singulis mensibus a scriptoribus rationem seu computum pitaphii facientibus mihi in „Attende“ ponendis quolibet mense contentus ero nec ultra hoc per me vel alium recipiam aut recipi faciam quovis modo nec faciam vicariam pro aliquo alio scriptore, quamdiu rescribendarius fuero. Item, quod in distribuendo notas seu litteras^b semper fideliter et sollicite nullis amore, prece, pretio, odio vel rancore ductus, prout potero, equalitatem et paritatem servabo. Item, quod cuncta secreta ratione officii predicti mihi committenda seu communicanda secreta servabo ac ea hiis, quibus illa ex officio predicto pro ea scribenda communicare habebam, secreta scribenda et expedienda committam. Item, quod omnia statuta et constitutiones per sanctissimum dominum nostrum dominum Eugenium papam III

ultimo edita¹ nec non taxationes litterarum per felicis recordationis Iohannem papam XXII ordinatas, scriptas et insertas in libro taxarum Cancellarie² alias iuxta consuetudinem hactenus observatam secundum consilium deputatorum meorum fideliter observabo. Item, quod omnes litteras apostolicas per me taxandas - exceptis litteris „De curia“ et illis dumtaxat, que de mandato sanctissimi domini nostri pape „Gratis ubique“ aut de mandato vestro „Pro Deo“ vel alias ad scribendum gratis signate fuerint - scriptoribus, qui eas scripserint, in pitaphio fideliter computabo, nullam de eis scienter computare illis, qui eas, ut prefertur, scripserint, quomodolibet^c pretermittendo. Item, quod non exponam nec solvam aliquid de officio alicui persone nec taxabo aliquid super officio nec dabo absentiam alicui scriptori nisi de voluntate scriptorum vel maioris partis et ipsis congregatis nec aliquo quesito colore recipiam munus vel ensenium pro faciendo aliquid in officio rescribendarie. Item, quod pro huiusmodi officio assequendo nihil dedi aut promisi per me aut alium nec quemquam rogavi nec alius me procurante rogavit. Item, quod nullam^d dabo sive distribuam notam vel litteram ad scribendum illi, quem dominus papa vel vicecancellarius ad tempus vel in perpetuum duxerit suspendendum, salvo per omnia mandato vestro. Sic me Deus adiuvet et hec sancta Dei evangelia.

¹ = Eugen IV. ME 16.

² = Johannes XXII. Nr. 79.

^a Iuramenta RV 377 Iuramentum

^b notas - litteras RV 377 notis seu litteris

^c RV 377 folgt pro (ev. durchgestrichen)

^d nullam RV 377 nulli

IURAMENTUM COMPUTATORIS^a.

(49) Ego N. iuro, quod officium computationis^b litterarum apostolicarum taxatarum mihi commissum per vos domine vicecancellarie seu per vos dominum regens Cancellariam apostolicam de mandato domini nostri pape ad tres menses sollicite et diligenter exercebo, videlicet omnes et singulas tam gratie quam iustitie per me prius visas et advertenter inspectas et non verbo seu ad dictum vel ad relationem alicuius recte et fideliter computabo, fraudem aut dolum scienter nullatenus committendo. Item, quod pro huiusmodi officio assequendo nil dedi vel promisi per me vel alium nec quemquam rogavi nec aliquis me procurante rogavit. Sic me Deus adiuvet et hec sancta Dei evangelia.

^a Iuramentum computatoris RV 377

^b computationis fehlt RV 377

IURAMENTUM PRESTANDUM PER AUSCULTATORES^a.

(50) Ego N. iuro, quod officium auscultationis mihi commissum diligenter et fideliter exercebo, fraudem aut dolum circa illud nullatenus committendo. Item, quod^b nullam litteram auscultabo, que non fuerit taxata et computata et alia habeat debita ac solita signa expeditionis Cancellarie. Item, quod pro huiusmodi officio assequendo nil dedi vel promisi per me vel per alium nec quemquam rogavi nec aliquis me procurante rogavit. Sic me Deus adiuvet et hec sancta Dei evangelia.

^a Iuramentum - auscultatores RV 377

^b quod *fehlt* RV 377

IURAMENTUM DEPUTATORUM AD ASSISTENDUM RESCRIBENDARIO SUPER TAXIS^a.

(51) Ego N. iuro, quod officium ad assistendum rescribendario litterarum apostolicarum mihi commissum maxime super concernentibus honorem, statum et conservationem collegii scriptorum diligenter et fideliter exercebo et in singulis agendis et occurrentibus eidem rescribendario assistam, faciendo omnia et singula, que ad meum spectant officium. Sic me Deus adiuvet et hec sancta Dei evangelia.

^a Iuramentum - taxis RV 377

IURAMENTUM SINDICORUM DEFENSORUM^a.

(52) Ego N. syndicus defensor collegii et officii scriptorie litterarum apostolicarum iuro, quod officium mihi commissum diligenter et fideliter exercebo, constitutiones et statuta per sanctissimum dominum nostrum dominum Eugenium papam VIII super reformatione officii scriptorum litterarum earundem noviter edita inviolabiliter per unumquemque ex officialibus et scriptoribus prefatis observari faciendo et non observantes aut in aliquo contra illa delinquentes quomodolibet sancte Romane ecclesie vicecancellario seu Cancellariam apostolicam regenti pro tempore deferendo et notificando et, quod delinquentes pro modo culpe puniantur et quod ab eis pene realiter et omnino exequantur et auferantur, insistendo ac omnia alia et singula, que ad meum per constitutiones et statuta huiusmodi officium pertinere decernuntur, faciendo. Sic me Deus adiuvet et hec sancta Dei evangelia.

^a Iuramentum - defensorum RV 377

(53) IURAMENTUM THESAURARII^a.

Ego N. iuro, quod officium thesaurarie scriptorum litterarum apostolicarum mihi commissum diligenter et fideliter exercebo et capelle scriptorum eorundem in divinis, prout hactenus laudabiliter consuetum fuerit deserviri, sollicite faciam nec non pecunias, res et bona quecumque ad ipsam capellam pertinentia diligenter custodiam et conservabo. Sic me Deus adiuvet et hec sancta Dei evangelia.

^a Iuramentum thesaurarii *RV 377*

IURAMENTUM PRESTANDUM PER SINDICOS DEPUTATOS AD SINDICANDUM OFFICIALES^a.

(54) Ego N. syndicus ad sindicandum officiales Cancellarie proxime preteritos iuro, quod officium sindicatus huiusmodi mihi commissum - omnibus amore, prece, pretio, odio, timore et rancore et humana causa et gratia postpositis - solum Deum pre oculis habens iuxta modum et formam constitutionum et statutorum per sanctissimum dominum nostrum dominum Eugenium papam VIII pro reformatione officii scriptorum litterarum apostolicarum ultimo editorum diligenter et fideliter exequar, prout iustum fuerit. Sic me Deus adiuvet et hec sancta Dei evangelia.

^a Iuramentum - officiales *RV 377*

IURAMENTUM PRESTANDUM PER DEPUTATOS AD COMPUTANDUM LITTERAS^a BULLATAS IN PLUMBO^b.

(55) Ego N. iuro, quod officium computationis litterarum apostolicarum taxatarum et in plumbo bullatarum mihi commissum diligenter et fideliter exercebo aliquam fraudem seu dolum circa illud scienter nullatenus committendo et, si aliquid ad damnum sanctissimi domini nostri pape vel officii scriptorum litterarum earundem vergere percepero, illud vobis rescribendario et deputatis ac sindicis defensoribus notum faciam et nemini propalabo contenta in libro plumbi huiusmodi sine expressa licentia vestrorum dominorum rescribendarii et deputatorum officii antedicti. Sic me Deus adiuvet et hec sancta Dei evangelia.

^a litteras *RV 377* litterarum *R*.

^b Iuramentum - plumbo *RV 377*

(56) Nulli ergo etc. nostrorum constitutionis, edictionis, factionis, mandati, statuti, approbationis et voluntatis etc. Si quis etc. (autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum). Da-

tum Rome apud Sanctum Petrum, anno etc. millesimo quadringentesimo quadragesimo quinto, septimo idus iunii pontificatus nostri anno quintodecimo^{a1}.

Coll. per me P. Parviihannis ² .	
G. de Callio ³ .	

¹ 1445 Juni 7.

² Petrus Parvijohannis.

³ G. de Callio.

^a Layoutendnote

	<p>Cupientes autem, ut presentes nostre et in illis inserte Eugenii predecessoris littere, predicte nec non in ipsis litteris contenta constitutiones, ordinationes et statuta predicta per officiales et scriptores presentes et futuros et alios, ad quos spectat, perpetuis futuris temporibus inviolabiliter observentur, mandamus venerabili fratri nostro Berardo^{a1} episcopo Spoletano Cancellariam apostolicam de mandato nostre regenti et sancte Romane ecclesie vicecancellariis seu ipsam Cancellariam regentibus pro tempore, quatenus constitutiones et ordinationes et statuta predicta perpetuo observent et per penas in eis contentas contra illa non observantes debite executioni mandando et alias, prout eis videbitur, non observantes per officiales et scriptores presentes et futuros predictos faciant inviolabiliter observari, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis qui-</p>
--	---

¹ Berardus Eroli de Narnia.

	<p>buscumque, aut si officialibus prefatis seu quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit sede indultum, quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Nulli ergo etc. Datum Rome apud sanctum Petrum, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto, idibus iunii pontificatus nostri anno octavo². C. gratis. de Montepoliciano³.</p>
--	---

² 1454 Juni 13.

³ \$\$\$

^a Gerardo S

Die folgenden Punkte gehören nicht zur ursprünglichen Fassung Eugens IV.

SEQUITUR DE REFORMATIONIBUS ET OFFICII PROTECTORIBUS^a.

(57) Venerabiles viri domini litterarum apostolicarum scriptores animadvertentes nonnulla eorum statuta et ordinationes nimia suorum officialium licentia et impunitate hactenus in dessuetudinem abiisse ac per illos sepenumero cum ipsius officii dedecore et iactura ab eorum forma fuisse deviatum, ne morbus ipse diutius invalescat, statuerunt sese ad priscum ac laudabilem vivendi morem reformare talesque per tempora viros deputare, qui sciant et velint errata corrigere, honori et commodis officii diligenter incumbere, statuta quoque et ordinationes predictas et alias in futurum faciendas debite executioni demandare. Idcirco statuerunt singulis sex mensibus tres ex eis viros graves animosos ac fideles deputare, qui de cetero protectores sive defensores officii nuncupentur, cum potestate et plenissima auctoritate prefata statuta et ordinationes observandi atque observari faciendi corrigendi et multandi omnes tam officiales quam alios scriptores, si quos invenerint delinquentes, nullo iuris ordine servato, sed prout eorum arbitrio videbitur et placebit. Si qua vero statuta putaverint in melius reformanda ac prefate congregationi referre teneantur, liceat quoque omnibus scriptoribus pro eorum necessitatibus et gravaminibus ad prefatos protectores habere recursum recepturis ab eis sine mora iusticie complementum. Intersint

etiam prefati protectores in electionibus officialium et non qualificatis secundum formam statutorum et ordinationum infrascriptarum vacationes dare teneantur eosque ab huiusmodi electione repellere, ipsorumque officium ultra tempus sex mensium non duret, nisi per congregationem eis fuerit prorogatum.

^a Vgl. § 20.

QUOD ATTENDE NON POSSIT ALIENARI SEU MUTARI.

(58) Item ad tollenda confusiones et dubia plurima, que oriri possent, fraudibusque obviare cupientes statuerunt, quod de cetero attende in pitaphiis descriptum per tempora nullo deinceps titulo alienari possit seu commodari aut in aliam personam transferri nisi per cessum vel decessum scriptoris et omnis translatio aliter facta sit nulla et illico revocari debeat, sed, ut attende et ultra quamprimum dissolvantur et officium ipsum, quoad fieri possit, in album reducatur, statuerunt quod rescribendarius singulo mense^a unicuique concedat de attende X pro quolibet centenario et idem de ultra servetur, temporum semper qualitate pensata.

^a VO.

DE MODO ELIGENDI OFFICIALES ET DE RESCRIBENDARIO.

(59) Preterea ad evitandas omnes machinationes, que in electionibus officialium fieri aliquando potuerunt, ut quisque liberum^a habeat eligendi votum, statuerunt, quod de cetero IV ex sociis per fabas nigras ex more sortiti de loco suo non discedentes immediate alta voce eligant VIII pro rescribendariis, videlicet quilibet ipsorum II, quos putaverint ad id idoneos secundum conscientiam suam. Qui quidem invicem se ipsos videlicet alter alterum possint nominare; qui VIII sic nominati ad partitum ponantur in tota congregatione, nisi vacationem habeant ab officio predicto et IV ex eis habentes plures fabas albas dentur in scriptis reverendissimo domino vicecancellario, qui immediate unum ex eis pro arbitrio suo in rescribendarium pronuntiabit^b.

^a O, fehlt in V.

^b In den folgenden Absätzen werden ähnliche Vorschriften für die Wahl der übrigen Funktionäre gegeben.

DE RECUSATIONE OFFICIORUM ET QUANDO.

(60) Si qui vero ad officia supradicta vel aliquod eorum electi voluerint recusare electionem de se factam, teneantur id facere illico in presentia congregationis seu reverendissimi domini vicecancellarii, si vero in Urbe fuerint, sed absentes ab ipsa congregatione, teneantur renuntiare infra II dies, alias ad exercendum ipsa officia compellantur.

DE VACATIONIBUS DANDIS IN ELECTIONIBUS OFFICIORUM.

(61)^a Vacationum materia semper dubia fuit atque perplexa, in qua nisi caute procedatur, aut nimia inequalitas sequeretur aut plerumque eligendorum copia ad inopiam reduceretur et, ubi plures sunt numero, interdum pauci intelligibiles reperirentur. Idcirco hoc ordine distinguendum censuerunt, videlicet quod rescribendarius, computator, auscultator et thesaurarius, quorum officia de sua natura sunt lucrativa, non possint infra biennium ea officia exercere, sed quisque eorum per dictum biennium faciat vacationem de officio exercitato. Verumtamen liceat cuique eorum ad officium, quod non habuit, promoveri, ut puta computator possit esse rescribendarius, rescribendarius computator, thesaurarius auscultator et sic de singulis, dummodo per VI menses vacaverit ab aliquo officiorum antedictorum. Alia vero III officia onerosa, videlicet sindicorum, deputatorum et protectorum, que nullam ordinarie percipiunt utilitatem, nullam sibi vacationem faciant, sed successive et etiam uno contextu exerceri possint et cum aliis lucrativis etiam compatibilia censeantur, ut puta quod deputatus esse possit thesaurarius et deputatus et sic de singulis^b. Que regula fallat in rescribendario, computatore et thesaurario quoad ipsos defensores et syndicos, qui unico contextu alia officia lucrativa habere nequeant ullo pacto, quoniam syndici et protectores contra se ipsos iurisdictionem haberent, quod esset inconveniens. Deputati vero ad librum plumbi et pitaphiorum licet salarium accipiant, tamen nullam omnino vacationem faciant neque active neque passive, sed cum omnibus antedictis officiis compatibilia censeantur, ita quod uno et eodem tempore unum ex ipsis cum alio quocumque officio etiam lucrativo exercere possint, nulla vacatione obstante.

^a *Entspricht dem S. 456 als 57 zitierten Paragraph.*

^b *O, esse possit thesaurarius et syndicus sive protector thesaurarius et deputatus et sic de singulis V, was mit der gleich darauf angegebenen Regel in Widerspruch steht.*

DE SURROGATIONE OFFICIALIUM.

(62) Voluerunt insuper atque decreverunt, quod in absentia officialium predictorum aut, si diutina essent infirmitate detenti, alii eorum loco substituantur per eum modum, per quem

prior electio de illis facta fuit. Qui sic surrogati iurare teneantur in manibus prefati domini vicecancellarii et emolumenta consequantur pro tempore quo officia sua administrabunt.

DE ASSOCIANDO SUMMUM PONTIFICEM.

(63) Quoniam pontifici maximo omnis gloria debetur et honor ab hiis potissimum, qui familiaritatis sue privilegio sunt muniti, statuerunt, quod quotienscumque sanctitas sua incedit per Urbem in pontificalibus, teneatur rescribendarius convocare sub pena V grossorum inobedientibus irroganda XXX scriptores vel circiter equitare valentes et ornatos, qui cum eo iuxta familiam sanctissimi domini nostri pape bini per ordinem salva gradus prerogativa equitare teneantur et hoc, nisi probabilem de non parendo excusationem allegaverint.

DE FRUCTIBUS OFFICII IN ABSENTIA PERCIPIENDIS.

(64) Quoniam nihil in universitate scriptorum proponi consuevit magis odiosum et quod maiora inter eos scandala dissensionesque parturiat, sicut longo experimento compertum est quam absentie mandata, que sepe numero nimia importunitate extorquentur cum plurimo summorum pontificum tedio ac labore et pitaphia mirum in modum debitis gravantur, ex quo fit, quod officium ipsum emolumentis et fructu est adeo attenuatum, quod scriptores ipsi, qui quondam digne et honorifice vivere solebant, vix possunt impresentiarum et officii fructibus sustentari, quod propter excessivum numerum presentium evenire constat magisque ex curie defectu aut expeditionum paucitate, nam a tempore felicis recordationis Martini citra raro ultra LX scriptores presentes reperti sunt. Ad tollendas itaque difficultates predictas ac discordiarum materiam amputandam, ut utroque tempore presentibus et absentibus pariter consulatur et pitaphia oneribus releventur, hanc pleno scriptorum collegio communi consensu deliberationem fecerunt deinceps valituram, salva semper pontificis maximi voluntate, cuius imperio acquiescere intendunt, omni exceptione remota, videlicet quod absentes ex quacumque causa, quamdiu extra Romanam curiam egerint, accipiant dimidiam emolumentorum pro tempore currentium, detracta quinta, quam sociis pro eis scribentibus dare teneantur, et singulo mense fiat ratio eorum, sicut de presentibus fieri consuevit. Verum si quis iussione pontificis cum speciali commissione se absentaverit, eo casu habeatur pro presente et integra officii emolumenta percipiat et pro eo scribatur, ut est moris. Teneantur nihilominus tales se absentare volentes diem sui recessus notificare reverendissimo domino vicecancellario et rescribendario pro tempore existenti, de quo fiat mentio in pitaphio iuxta consuetudinem observatam. Sed, ne curia scriptorum

presentia ac decore destitui videatur, voluerunt, quod omni tempore in ipsa curia pauciores quam L esse non possint, qui certe ad grandia queque negotia abunde sufficient, exceptis pestilentie, guerre et translationis curie temporibus, quibus nulla potest certi numeri ratio mensuraque servari. Ac, si aliqua ingrueret necessitas, per quam plures esse presentes oporteret, statuerunt, quod ad nutum prefati reverendissimi domini vicecancellarii et per requisitionem rescribendarii et deputatorum illico redire teneantur et quilibet eorum duos aut plures procuratores in curia constituat, qui de reditu huiusmodi absentes ipsos certificare teneantur, quod, si non servaverint, fructus pro VI mensibus dicti officii perdant eo ipso.

DE MODO ET ORDINE SEDENDI IN AULA COLLEGII.

(65)^a ... in capite prime sedis rescribendarius, computator, auscultatores, thesaurarius ac deputati, in secunda vero aule eorum sedeant defensores et alii ... et secretarii apostolici, qui locum habeant immediate post dictos defensores, quoniam eorum dignitas est plurimum attendenda.

^a *Die beiden folgenden Absätze stehen nur in O.*

Verordnung dass nur die Scriptorum litterarum apostolicarum Bullen mundieren dürfen^a.

(66)^b Cum, sicut accepimus, nonnulli, qui litterarum apostolicarum scriptores non sunt et de maiori presidentia vel minori parco aut prime visionis officia non obtinent neque exercent, in eisdem litteris apostolicis, que per Cameram vel Cancellariam expediuntur, ausu temerario manus imponere presumant, nos talibus ausibus, ex quibus falsitates et scandala plurima oriri possent, obviare cupientes, motu proprio et ex certa scientia omnibus et singulis tam ecclesiasticis quam secularibus personis, cuiuscumque status, gradus vel conditionis fuerint, ne in prefatis litteris apostolicis, nisi scriptores earundem litterarum apostolicarum vel abbreviatores de maiori parco vel minori aut prime visionis fuerint, et ipsis abbreviatoribus et de prima visione, ne aliter nisi alicuius correctionis causa officium eorum concernentis manus quoquo modo imponere, litteris nominis nostri prime linee in bullis gratiosis pro decore et floribus ac floritura dictarum litterarum dumtaxat exceptis, presumant, districtius inhibentes. Si qui autem contra inhibitionem nostram huiusmodi directe vel indirecte quovis quesito colore venire vel attemptare presumpserint, quotienscumque id egerint, ipsos et eorum quemlibet excommunicationis ... nec non omnium et

singulorum officiorum et beneficiorum, que obtinent privationis sententias ... incurrere volumus.

^a Für die Rubrica leerer Raum gelassen; die Bulle stammt wahrscheinlich wie die unmittelbar darauf folgende von Innocenz VIII.

^b Ist gleich dem S. 454, 460, 461 zitierten § 66, während der S. 456 erwähnte § 57 = § 52 ist.

VL 4988, fol. 35v-36r (nicht kollationiert); Paris 320; Druck: \$\$\$.

ME 6. Eugenius episcopus servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

2 Quasi lucernam fulgentem in domo domini omnibus, qui in ea sunt et quasi fluvium? irriguum de fontibus sapientie salvatoris saturizantem continue sic itaque studium universitatis parisiensis suis sacratissimis doctrinis et eloquen-

3 tiis orthodoxorum animos in fidei lumine perlustrans et per immersum? aqua sapientie salutaris stillationibus indefessis et quotiens affuit necessitas inundationibus prorumpens palmites vinee dominice irrigans ab improborum n..sutiis et maculis

4 perhorrendis ferarum morsibus pretextisse in mentis nostre ergastulo recensentes et debito pastoralis officio ad eiusdem universitatis rotulos? confovendos libenter inducimur, ut in illa laudabiliter vigilantium statui et commoditatibus favorabiliter

5 consulatur. Hinc est, quod nos in favorem et pro incremento universitatis dicti studii volumus et auctoritate apostolica ordinamus tenore presentium, quod hac vice dumtaxat in theologia et decretis doctoribus, medicina et artibus magistris in rotulo

6 dicti studii per nos sub dat. V kalendas maii immediate preteriti signato descriptis et in eodem studio actu et sine fraude per ipsam universitatem presentibus reputatis et qui etiam in eodem studio huiusmodi gradum et gradus receperint in assecutione

7 beneficii seu beneficiorum, quod seu que vigore gratiarum eis in dicto rotulo factarum expectant vel in antea expectabunt, nulli alii sive alius sub quacumque data pari aut maiori, qui a nobis gratias expectativas sub quacumque verborum forma obtinu-

8 erunt seu in futurum obtinebunt, etiamsi per eas vel earum auctoritate quarumcumque ecclesiarum canonici creati aut in eis in canonicos sub expectatione prebende recepti existant, preiudicare valeant nec eis quoquo modo preferri, exceptis tamen

9 dilectis filiis sedis apostolice protonotariis, auditore contradictarum, correctore litterarum apostolicarum, subdiaconis, referendariis, quattuor cubiculariis et totidem secretariis ac quinque acolitis nostris in nostra Cancellaria nominandis, unico Ca-

10 mere apostolice et omnibus palatii apostolici causarum auditoribus verisque familiari-
bus nostris per nos pro talibus reputatis et in nostro rotulo descriptis singulorum quoque
venerabilium fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie cardinalium singulis triginta
11 familiaribus domesticis continuis commensalibus in ipsorum cardinalium principalibus
rotulis inscriptis et per eosdem cardinales in Cancellaria predicta declarandis, singulis
duabus personis ecclesiasticis, que in conclavi, quo nos ad summi
12 apostolatus apicem electi sumus, singulis in eo existentibus cardinalibus et aliis prelatibus
ac personis ecclesiasticis ad celebrandum electionem nostram deputatis serviverunt,
singulis quoque duodecim presidentis in dicta Cancellaria sub sancte
13 Romane ecclesie vicecancellario seu ipsam Cancellariam regens familiaribus com-
mensalibus, scriptoribus litterarum apostolicarum usque ad numerum centum et unius
tantum in Cancellaria nominandis sic tamen quoad beneficia in
14 regno Francie consistentia illi dumtaxat, qui de ipso regno oriundi vel saltem in aliquo
generalium studiorum eiusdem in aliqua licita facultate graduati fuerint, alii vero de dicto
numero in suis nationibus, unde oriundi vel ubi
15 similiter graduati fuerint, et non alias valeant nominari, nec non viginti quinque dumtaxat
ex dilectis filiis earundem litterarum abbreviatorum undecumque oriundis et ubicumque
expectantibus in dicta Cancellaria nominan-
16 dis, dictorum cardinalium nepotibus et fratribus carissimorum in Christo filiorum nostro-
rum imperatoris, regum et dilectorum filiorum nobilium dominorum ducum, mar-
chionum et comitum, filiis, fratribus et nepotibus insuper re-
17 gum et dilectarum in Christo filiarum reginarum et dilecti filii nobilis viri Dalphini Vien-
nensis ac singulorum ducum scilicet Burgundie, Aurelianei, Brabantie, Britanie, Borbonii
et Sabaudie, procuratoribus in Romana Curia
18 continue residentibus familiaribus etiam domesticis actu et continue servitiis insistenti-
bus regum, reginarum, Dalphini et ducum predictorum ac virorum earundem in primis et
principalibus suis rotulis inscriptis,
19 qui tempore dat. gratiarum eis per nos concessarum aut concedendarum fuerint bene-
ficiorum ecclesiasticorum capaces et etiam imperatoris, regum, ducum, marchionum ac
comitum ac proprium de se regimen habentium communitatum,
20 primis ambaxiatoribus ad nos destinatis pariterque universitatem quorumcumque gene-
ralium studiorum ambaxiatoribus ac etiam illis, qui consuetos et ordinarios rotulos ip-
sorum studiorum nobis presentarunt vel in posterum presen-

- 21 tabunt, gentibus quoque ecclesiasticis regium parlamentum tenentibus et singulis filiis non ecclesiasticorum ex eisdem predictis tamen ambaxiatores aut alias quascumque personas superius expressas, quibus forsitan fecimus aut faciemus
- 22 gratias expectativas ad duo vel plura beneficia ad unum vel diversas collationes sive virtute unius et eiusdem gratie sive virtute diversarum seu extensionum unius gratie vel diversarum volumus prefatis doctoribus et magistris,
- 23 etiamsi alias essent preferendi quoad unum beneficium dumtaxat assequendum, preferri, canonicatu et prebenda ac dignitate, personatu, administratione vel officio pro unico beneficio computatis. Volumus insuper et eadem auctoritate
- 24 ordinariis, quod, si alicui vel aliquibus per importunitatem petentium aut alias concesserimus seu concederemus in futurum prerogativam seu clausulam huiusmodi presenti[s] prerogative derogatoriam sub quavis verborum forma, per quam in aliquo
- 25 preiudicium generaretur vel derogari posset, doctoribus et magistris prefate universitatis seu alicui ex eis, ad quos extenditur dicta prerogativa, illis [n]ullum preiudicium afferre possit nec valeat, sed quoad ipsos cassa sit et irrita nisi de
- 26 prerogativa universitatis specialem in litteris nostris fecerimus mentionem, quod tamen ultra numerum quinquaginta personarum facere vel aliquo modo concedere non intendimus, decernentes ex tunc irritum et inane, si secus super hiis a
- 27 quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre voluntatis, ordinationis et constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem
- 28 hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno incarnationis dominice
- 29 millesimo quadringentesimo tricesimo primo, nonis februarii pontificatus nostri anno primo.

Arm. 82, fol. 222r-224v; **Reg. Vat. \$\$\$**; **Reg. Lat. \$\$\$**; **BL 2825**, fol. 158v-159v; **BL 2850**, fol. 148v-150v; **VL 6343**, fol. 148v-150v (nicht kollationiert); **Paris 4172**, fol. 202r-205r; **Druck: \$\$\$**. **Conc. Basil.**, **RG Eugen IV.** kontrollieren.

CONTRA DECRETUM BASILIENSE, QUOD OMNES OFFICIALES RECEDERENT A ROMANA CURIA SUB PENA PRIVATIONIS^a.

ME 7. Eugenius etc. Ad perpetuam rei memoriam. Inscrutabilis superni patris providentia,
 ut deperditum prothoplausti

(fol. 202v) prevaricatione genus humani a perpetue damnationis vinculis
 eriperet adveniente sacri temporis plenitudine filium suum
 unigenitum de summa celi arce misit ad infima huius mundi
 ut nostre mortalitatis naturam assument et in ligno in [...]]
 mors oriebatur pro omni redemptione mortis supplicium pat[ris?],
 cuius in cruce fere mortui pendentis unus ex militibus
 lancea latus aperuit et continuo exivit sanguis et aqua [...]]
 nostre redemptionis pretium et regnationis lavacrum, in quo un[...]]
 et immaculatam sponsam sanctam nostram Romanam catholicam et
 apostolicam ecclesiam fundavit, consecravit et perpetuo stabilavit ex[...]]
 quam nemo salvari nec atemptum/acceptum Deo potest sacrificium immol[...]]lare
 adversus quam etiam non poterunt porte inferi prevale[...]]
 huius caput est Romanus pontifex a domino, cuius est te[...]]
 et plenitudo eius principuum super gentes et regna otinen[...]]
 principatum, cui Christus regni celorum claves nec non in terris [li-]
 gandi ac solvendi plenitudinem contulit potestatis, cuius inn[...]]
 cessibilem stabilitatem, sempiternam integritatem ac indi[...]]
 bilem unitatem prefiguratur. Reprobatus ab edificant[...]]
 lapis f(ru)c(t)us? in caput anguli perpetue firmitatis hec est [enim]
 electa vinea dextra domini plantata, cuius fecundi palmi[...]]
 et salutare propagines ab oriente in occidentem diffusius p[ro?]
 tenduntur, huius omnes christifideles, quos dominus in filios adop[...]]
 elegit et perelegit, ac sue divinitatis participes esse voluit des[...]]
 rata membra fore censentur, que a capite congruit nullatenus
 declinare licet, ut intelleximus, nuper per olim Basiliense
 sinodum nostris ac sedis apostolice officialibus ceterisque Romanam curiam
 sequen(tibus), ut in certum eventum nos et eandem sedem defererent
 et a nobis ac dicta sede ad beneficiorum suorum aut alia loca se
 transferrent, per ipsius sinodi olim litteras sub excommunicationis, suspensionis
 (fol. 203r) et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis et censuris nec non suorum
 beneficiorum privationum ac perpetue inhabilitatis ad illa et
 alia in posterum obtinenda penis preceptum fuerit et mandatum,

quorum tamen preceptorum et mandatorum iniquitatem quilibet vere fidei zelator liquide potest cogitare, quantum decet at(que)/etiam? convenit, illius, qui celum terramque regit et cui omne genu flectitur, celestium, terrestrium et infernorum angeli serviunt, sol et luna obsecundant, vicarium officialium et ministrorum presentia et obsequiis remanere destitutum ac eum, cui omnium ecclesiarum sollicitudo incumbit nec non universale fidelium regimen celitus est commissum, omn(..) relinqui presentia ac communem solum nec non universalem fieri singularem ac membra a capite declinari. Nos igitur licet immeriti Iesu Christi vices gerentes in [terr]is tam periculosis successibus, prout ex apostolice tenemur auctoritatis officio salubriter providere, cupientes litteras ac precepta et mandata huiusmodi, quorum tenores presentibus pro sufficienter expressis haberi volumus, nec non quecumque inde secuta tamquam scandalosa et minus rationabilis de venerabilium fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie cardinalium consilio et apostolice potestatis plenitudine penitus reprobamus nec non cassamus, revocamus, irritamus et annullamus ac pro cassis nullis, irritis et infectis haberi volumus nulliusque decernimus subsistere robore firmitatis et nihilominus omnibus et singulis utriusque sexus christifidelibus, cuiuscumque dignitatis, gradus vel conditionis fuerint et quacumque, etiamsi cardinalatus, patriarchalis archiepiscopalis et episcopalis dignitate prefulgeant, nec non civitatum, terrarum, oppidorum, castrorum et locorum universitatibus, capitulis et collegiis sub interminatione maledictionis eterne ac excommunicationis sententia, quam alias eo ipso incurrant, precipimus et (fol. 203v) mandamus, ne prefatis litteris, preceptis et mandatis seu qu[.] in ipsis litteris contentis, quacumque ratione vel causa pareant seu [.] tendant, aut illorum pretextu sive occasione quoslibet officiales vel se[quen]tes curiam inquietent seu perturbent, et insuper quibuscum[.] ordinariis, collatoribus et collatricibus secularibus et regularibus, universitatibus, capitulis et collegiis nec non illis, ad quos cathedralium ecclesiarum presulum electiones et illarum confra[.] ac collatio, provisio, presentatio, electio seu quevis alia dispositio

quorumcumque canonicatum et prebendarum, dignitatum, personatum,
 administrationum, officiorum et beneficiorum communiter vel divisim
 pertinet, etiamsi simili dignitate prefulgeant, ne pretextu vel
 occasione huiusmodi in preiudicium officialium et sequentium huiusmodi se [...]

tiones se confirmationes predictas aut earum aliquam f[...]

rent vel quecumque beneficia conferre aut ad illa presentare
 seu in eis instituere aut de illis quovis modo dispon[ere]
 presumant, sub excommunicationis, suspensionis et interdicti ac etiam ultr[a]
 hoc cardinalibus sub capelli et honoris cardinalatus,
 patriarchis vero, archiepiscopis et episcopis sub ecclesiarum pri[...]

archiepiscopalium et episcopalium, quibus pre fuerint, etiam ultra
 premissa cardinalibus, archiepiscopis et episcopis nec non quibuscum[que]
 aliis ordinariis collatoribus et collatricibus sub omn(ium) b[eneficiorum]
 suorum ecclesiasticorum, que in titulum et in commendam obtinent,
 privationem, universitatibus vero et capitulis ac collegiis [...]

suspensionis et interdicti penis, quas singulos contravenientes
 in quibuscumque contraventionum casibus totiens, quotiens id [...]

cererit?, eo ipso incurrant, apostolica auctoritate interdicimus et etiam prohibemus. Rursus
 quibuscumque personis, etiamsi simili dignitate fungantur,
 etiam sub excommunicationum, suspensionum et interdicti sententiis
 nec non omnium suorum beneficiorum ecclesiasticorum privationum
 (fol. 204r) et perpetue inhabilitatis ad illa seu alia in posterum obtinenda peni-
 tus precipimus et iubemus, ne pretextu seu occasione huiusmodi alicuius
 officialis aut sequentis curiam seu in ea existentis aut qui
 in ipsa fuerint, beneficium aut beneficia a quibusvis collatoribus,
 collatricibus, patronis ecclesiasticis vel laicis, universitatibus, capitulis
 aut collegiis impetrare aut eis conferri seu ad illa se presentari
 vel ad ea seu dictas cathedrales ecclesie eligi aut assumi
 vel impetrationibus aut litteris etiam motu proprio concessis vel factis
 uti seu aliquorum ex cathedralibus ecclesiis aut illarum regiminum et
 administrationum vel ex beneficiis predictis possessionem apprehendere
 presumant, capitula vero, universitates et collegia ac omnes illos
 qui, quoscumque seu quecumque ad possessionem regiminis et administra-
 tionis ecclesiarum cathedralium seu canonicatum et prebendarum ac

dignitatum, personatum, administrationum vel officiorum aliquorum ex officialibus et sequentibus predictis pretextu vel occasione huiusmodi admittere vel aliquem ad cathedrales, ecclesias seu dignitates, personatus, administrationes, canonicatus et prebendas, officia ac beneficia quecumque eligere aut assumere non formidaverint, suspensionis et in eorum ecclesias et loca interdicti nec non ipsorum personas excommunicationis sententiis ipso facto volumus subiacere. Porro omnium et singulorum etiam dignitate huiusmodi prefulgentium in singulis contraventionum casibus huiusmodi super etatis et natalium defectibus ac obtinendis duobus vel pluribus in perpetuum vel ad tempus dispensationes eis a sede apostolica vel alias quomodolibet concessas ac gratias expectativas, nominationes, reservationes pro eis factas et faciendas, facultates nominandi, extensiones et revalidationes quascumque sub quibusvis verborum formis etiam motu proprio eis concessas et concedendas apostolica auctoritate cassamus, tollimus, irritamus et annullamus - penis in constitutione felicis recordationis Iohannes pape XXII predecessoris nostri, que incipit (fol. 204v) „Execrabilis“¹, contentis nihilominus in suo robore duraturis - ac nullius decernimus existere roboris vel momenti, ac quibuscumque ordinariis collatoribus et collatricibus secularibus et regularibus ordinum quorumcumque de quibusvis dignitatibus, prioratibus, preposituris, canonicatibus et prebendis, personatibus, administrationibus vel officiis et beneficiis cum cura et sine cura, etiamsi dignit[ates] in cathedralibus aut metropolitanis maiores post pontifi[cal..] aut in collegiatis ecclesiis principales, prioratus conventuales fuerint, ac dignitates et prioratus aliaque beneficia huiusmodi quavis causa dispositioni apostolice specialiter vel generaliter reservat. fuerint, quibusvis personis idoneis etiam quecumque, quotcumque et qualiacumque beneficia ecclesiastica et cum cura otinentibus et expectantibus ordinaria auctoritate libere disponendi et illa eis conferendi ac de ipsis providendi nec non quorumcumque beneficiorum p(re)ronis.! ecclesiasticis et secularibus ad illa similes personas presentandi nec non ordinariis ac aliis, ad quos id pertinet, presenta[tas?]

¹ = *Johannes XXII. Nr. 67B.*

personas in eisdem beneficiis instituendi nec non capitulis, universitatibus
 et collegiis quorumcumque etiam patriarchalium, metropolitanarum
 et cathedralium ecclesiarum ordinum quorumcumque singulos patriarchos,
 archiepiscopos, episcopos et prelatos ad quascumque ecclesias premissorum
 occasione vacantes nec non conventibus, canonicis, monachis, fratribus
 et personis tunc similes personas in eorum abbates, priores et superiores
 ad abbatiales dignitates, monasteria, prioratus, domos et loca ac quibus-
 cumque aliis etiam secularibus et regularibus ad quecumque alia dignitates,
 personatus, administrationes, officia et beneficia quecumque etiam secularia
 et regularia ordinum quorumcumque eligendi ac quascumque ex dictis personis
 in corporalem possessionem quarumcumque ecclesiarum, patriarchalium,
 metropolitanarum, cathedralium, dignitatum, personatum, abba-
 tiarum, monasteriorum, prioratum, canonicatum et prebendarum
 (fol. 205r) officiorum et beneficiorum predictorum inducendi ac personas inductas
 defendendi nec non omnia alia et singula in premissis et circa ea
 opportuna vel necessaria faciendi, disponendi, ordinandi et exequen-
 di plenam et liberam eadem apostolica auctoritate tenore presentium concedimus
 facultatem, statuentes, quod nullus ab excommunicationum et aliis sententiis
 premissis absolvi possit nisi a Romano pontifice preterquam in mor-
 tis articulo constitutus, ac decernentes omnes et singulas collationes,
 provisiones, electiones, presentationes, institutiones et dispositiones, excommunica-
 tionum, suspensionum et interdicti et aliasque ecclesiasticas sententias, cen-
 suras et penas nec non processus, quos in contrarium fieri contigerit,
 nec non totum id et quidquid, a quoquam etiam ab ipsa olim si-
 nodo factam fuerit aut in futurum fiet vel attemptatum est aut
 in posterum attemptabitur, nullius existere roboris vel momenti.
 Nulli etc. Datum Bononie, anno 1437, pridie kalendas ianuarii, pontificatus nostri anno sep-
 timo 7².

² 1437 Dezember 31.

^a Contra - privationis Paris 4172

ME 8. Item Eugenius ratificavit et confirmavit omnia facta prelatorum Germanice nationis tempore neutralitatis, etiam que ad sedem apostolicam pertinebant sed/scilicet facta per consilium (!) Basiliense et illos, qui .. remanserunt post dissolutionem.

RV 365 Rubr., fol. 13v; RV 365, fol. 463v-466r; Leipzig 176, fol. 229r-230v; Druck: MERCATI, Raccolta S. 171-175 (nach RV 365, mit alter Foliierung). Vgl. oben ME 8.

DECERNIT OMNIA GESTA ET ACTA VIGORE DECRETORUM BASILEE OLIM PER QUONDAM REGEM ALBERTUM ACCEPTATORUM ETC. VALERE^a.

ME 10. Eugenius episcopus servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Inter cetera desideria cordis nostri filios quoslibet ad nostram et apostolice sedis obedientiam exoptantes adduci illa temporum qualitate pensata aliquando concedimus, ordinamus et statuimus, per que Christifidelium tranquillitati et commodis remotis dissensionibus et scandalis consulatur^b et exinde animarum salutem valeant adipisci. Sane cum propter dissensionem inter nos et eos, qui Basilee¹ sub nomine generalis concilii remanserant, dudum exortam nonnulli principes tam ecclesiastici quam seculares nationis Germanie^c in quadam neutralitate et animorum suspensione a die decima septima mensis martii de anno Domini millesimo quadringentesimo^d tricesimo octavo² usque in presentem diem se tenuerint ea mente, ut asserunt, ut postmodum unanimi consensu in nostra et sedis apostolice obedientia et reverentia paribus gressibus incedere possent et carissimus in Cristo filius noster Fridericus³ rex Romanorum illustris ac venerabilis frater noster Theodericus⁴ archiepiscopus Maguntinus et dilectus filius nobilis vir Fridericus⁵ marchio Brandenburgensis sacri imperii electores ac venerabiles fratres nostri Fridericus⁶ Magdeburgensis, Fridericus⁷ Salzburgerensis et Gerhardus⁸ Bremensis archiepiscopi ac quidam alii prelati et principes dicte nationis nobis debitam obedientiam per suos oratores prestiterint ac nos solum in Iesu Christi vicarium recognoverint et professi fuerint, nos attentus, quod dicte neutralitatis et suspensionis tempore plurima in ipsa natione acta, gesta et facta fuerint, que confirmationem, indulgentiam et dispositionem super eis apostolice auctoritatis requirunt, prefatorum regis, archiepiscoporum, marchionis ceterorumque prelatorum et principum supplicationibus in-

¹ Basel, Schweiz.

² 1438 März 17.

³ Friedrich III., 1440-1493 römischer König, 1452-1493 römischer Kaiser.

⁴ Dietrich von Erbach, 1434-1459 Erzbischof von Mainz.

⁵ Friedrich II., 1437-1470 Markgraf von Brandenburg.

⁶ Friedrich von Beichlingen, 1445-1464 Erzbischof von Magdeburg.

⁷ Friedrich von Emmerberg, 1441-1452 Erzbischof von Salzburg.

⁸ Gerhard von Hoya, 1442-1463 Erzbischof von Bremen.

clinati omnes et singulas tam metropolitanarum quam cathedralium aliarumque ecclesiarum nec non dignitatum etiam abbatialium ac post pontificales maiorum^e et in collegiatis ecclesiis principalium et aliorum beneficiorum ac officiorum ecclesiasticorum quorumcumque, etiamsi ecclesie curate, canonicatus et prebende fuerint, electiones, postulationes, confirmationes, collationes, provisiones^f et dispositiones nec non processus, sententias aliaque acta iudicialia auctoritate ordinaria huiusmodi suspensionis et neutralitatis tempore factas seu facta, que omnia et singula hic haberi volumus pro sufficienter expressis, ac ea rata et grata habentes auctoritate apostolica ex certa scientia confirmamus, volentes ac etiam statuentes, ut nulli, qui in possessione ecclesiarum, monasteriorum, dignitatum, beneficiorum et officiorum huiusmodi quacumque etiam eorum, qui Basilee post translationem et dissolutionem Basiliensis^g concilii ibidem remanserunt, auctoritate ea fuerint assecti, super huiusmodi ecclesiis, dignitatibus, beneficiis et officiis ac sententiis et processibus, etiamsi in Romana curia vel extra eam lis, cuius statum presentibus habemus pro expresso, indecisa pendeat, etiamsi super eis ad ea aut contra ea fuerit alteri ius quesitum seu ius aliqui habere se pretenderent, ex nunc in antea in ipsa curia vel extra eam apostolica vel alia quavis auctoritate impeti aut quomodolibet ex quavis ratione vel causa molestari possint, sed in suis possessionibus pacifice remaneant. Lites quoque et causas quascumque super huiusmodi ecclesiis, dignitatibus, officiis et beneficiis pendentes - illis dumtaxat exceptis, que coram ordinariis iudicibus, apud quos iuxta formam dicte suspensionis et protestationis exinde secute licuit litigare, indecise pendent - ad nos advocantes auctoritate et scientia predictis extinguimus et super eis adversariis eorum^h perpetuum silentium imponimus. Possessores vero ipsos volumus in suis ecclesiis, monasteriis, dignitatibus, officiis et beneficiis pacifice remanere, quibus omnibus ipsas ecclesias, monasteria, dignitates, officia et beneficia, quocumque modoⁱ vacaverint, auctoritate et scientia prefatis tenore presentium conferimus et providemus de eisdem ac illis, qui pallium dictorum, qui Basilee post nostram translationem sub nomine generalis concilii remanserunt, auctoritate receperunt, ut illo uti possint, presentibus concedimus et indulgemus. Illis autem, qui non habent vel non receperunt^j, sine difficultate dabimus et libere concedemus, illis tantum personis exceptis, que occasione privationum propter nostram aut Basiliensium adhesionem factarum beneficia detinent, in quibus habeat locum provisio et dispositio super hiis, que contra protestationem facta forent, per prefatum regem et electores imperii coniunctim vel divisim promulgata. Per hoc autem nulli contententium super titulo et iuri-

bus ecclesiarum Frisingensis⁹ et Osiliensis¹⁰ volumus aliquod preiudicium afferri aut etiam generari, sed liberum sit unicuique eorum ius suum prosequi iusticia mediante. Preterea omnia et singula, que dictis suspensione et protestatione durantibus in preiudicium, gravamen vel lesionem iurisdictionis, iuris vel possessionis metropolitanorum, diocesanorum, principatum, dominiorum terrarum, regis et electorum ac archiepiscoporum predictorum nec non aliorum episcoporum, prelatorum, collegiorum, personarum seu rerum quarumcumque contra fedus protestationis et suspensionis huiusmodi quomodocumque vergentia apostolica vel alia quavis auctoritate concessa ac in iudicio vel extra obtenta, insuper ecclesiasticas censuras, multas et penas nec non^k cuiuscumque irregularitatis et inhabilitatis^l maculas tam a iure quam ab homine propter premissa quomodolibet promulgatas seu inflictas, promulgandas quoque seu infligendas quoad regem, archiepiscopos et marchionem prefatos eorumque dominia, clericos, subditos et vassallos et ad eos quoque, qui infra sex menses a die date presentium computandos se declaraverint pro nobis aut eidem declarationi adhererint, cassamus, irritamus et annullamus nulliusque esse decernimus roboris vel momenti, omnem irregularitatis et infamie maculam sive notam per eos premissorum occasione contractam penitus abolentes ac eos rehabilitantes et restituentes ad eorum ecclesias, beneficia, officia, dignitates et honores quecumque ac in pristinum statum et eum, in quo erant ante premissa, reponentes nec non illis, qui contra ipsos impetratis, concessis vel obtentis seu impetrandis, concedendis et obtinendis quomodolibet niterentur, etiamsi eis aut eorum alicui ius quesitum foret, ex certa scientia de potestatis plenitudine perpetuum silentium imponentes. Insuper quascumque obligationes super annatis seu communibus et minutis servitiis ceterisque iuribus nobis et Camere apostolice seu collegio venerabilium fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie cardinalium ceterisque officialibus debitis seu, que deberi dicerentur, occasione quarumlibet metropolitanarum et cathedralium ecclesiarum, monasteriorum, dignitatum, officiorum et beneficiorum quorumcumque usque in presentem diem remittimus, de nostra liberalitate relaxamus pariter et donamus eosque, qui huiusmodi debitis obligati essent, ab omni eorum solutione absolvimus et etiam liberamus. Dispensationes preterea quascumque, nisi tales forent, quas hactenus sedes apostolica concedere non consuevit, indulta quoque forum conscientie respicientia etiam in casibus sedi apostolice reservatis nec non novas provisiones pro possessoribus sine preiudicio iuris quesiti ipsa suspensione durante vel etiam antea a nobis vel ab eis, qui Basilee sub nomine concilii remanserunt, aut legatorum

⁹ *Freising, Bayern, Deutschland.*

suorum vel alia quavis auctoritate obtentas, impetratas, concessas seu concessa ac omnia inde secuta a die date concessionis earundem eadem auctoritate confirmamus perinde, ac si a nobis impetrata fuissent. Super sententiis autem in Romana curia vel in Basilea sub nomine generalis concilii ante ipsam suspensionem vel ea durante in causis, in quibus uterque litigantium ex ordinario titulo nititur, prolatis, que executioni nondum sunt demandate, volumus, statuimus et ordinamus, quod huiusmodi sententie coram iudice ordinario tractentur et, quidquid utraque pars vellet producere pro iure suo, coram eo debeat exhibere. Qui quidem iudex summarie, simpliciter et de plano sola facti veritate inspecta procedens negotium ipsum unica valeat terminare sententia, a qua nulli partium appellare liceat aut provocare vel restitutionem aliquam obtinere. Per hoc autem nullatenus preiudicare intendimus eis, qui possessionem dignitatum etiam metropolitatarum, cathedralium et abbatialium seu beneficiorum quorumcumque ordinaria vel alia auctoritate sub eadem natione obtinentes durante neutralitate vel suspensione predictis vigore processuum in Romana curia vel in Basilea sub nomine generalis concilii obtentorum aut alias violenter fuerint spoliati, sed tam spolia quam iura eorum denuo coram iudicibus ordinariis cognoscantur et fine debito terminentur. Insuper omnes et singulas prefate nationis aut alterius in ea beneficia vel officia obtinentes personas ecclesiasticas et seculares, etiamsi regalis, archiepiscopalis, episcopalis vel alterius dignitatis fuerint, qui post dissolutionem sive translationem prefati concilii per nos factam congregationi Basiliensium sub nomine generalis concilii adhererunt, obediverunt aut incorporati fuerunt, qui iam ad nostram obedientiam sunt reversi vel infra sex menses post declarationem pro nobis factam redierint seu declarationi ipsi adhererint, ab omnibus et singulis iuramentis, periurii reatu ac aliis censuris et penis, si qui tenerentur aut incurrissent, inflictis et in tales promulgatis aut propterea infligendis auctoritate prefata absolvimus et liberamus ac omnem inhabilitatis, irregularitatis et infamie maculam sive notam exinde quomodolibet forsan contractam abolemus ac in pristinum statum restituimus et reponimus perinde, ac si talia minime emanassent. Preterea omnes et singulas personas nationis prefate sive alterius in ea beneficia vel officia, sicut premissum est, obtinentes, que sub declaratione huiusmodi pro nobis facienda continebantur, que post huiusmodi concilii translationem Basilee remanserunt aut ipsi congregationi adhererunt, faverunt, officiis in eadem prepuerunt aut in legatione ab eis^m missi sunt quandoque aut eis crediderunt, ab omnibus excommunicationis, suspensionis, interdicti aliisque censuris et penis in eas vel per processus nostros aut alias inflictis et promul-

¹⁰ *Saaremaa/Ösel, Saare Maakond, Estland.*

gatis absolvimus cum hiis, qui ibidem seu a provisus ab ipsis aut eorum auctoritate sacros ordines dicto tempore receperunt, ut in susceptis ordinibus ministrare valeant, dispensantes. Volumus insuper, quod singuli metropolitani nationis eiusdem actu iam nobis obediētes vel, qui infra sex menses, ut prefertur, nobis et apostolice sedi debitam obedientiam prebuerint, consimiles bullas sive litteras apostolicas habeant, super quibus petentibus quibuscumque, quatenus opus fuerit, sub eorum sigillis transsumptaⁿ concedere valeant eisque in iudicio et extra plena fides sicut originalibus litteris^o prebeat. Super ecclesiis autem Treverensi¹¹ et Coloniensi¹², de quibus in petitionibus regis, archiepiscopi Maguntini et marchionis prefatorum specialis est positus articulus, per alias nostras litteras desuper editas specialiter providimus, prout in eis latius continetur. Ut autem premissa eo firmius^p observentur, pro nobis et successoribus nostris Romanis pontificibus de venerabilium fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie cardinalium consilio et assensu pollicemur omnia et singula supradicta inviolabiliter observare et contra ea vel ipsorum aliquod in toto vel in parte nullo umquam tempore quidquam innovare et, quod nobis licere non patimur, eisdem successoribus indicamus, decernentes ex nunc irritum et inane, si secus super hiis a quocumque quavis etiam apostolica auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari, quinimo si adversus premissa littere alique aut mandata ad cuiuscumque instantiam vel etiamsi motu proprio seu ex certa scientia etiam cum derogatoriis clausulis sub quacumque verborum forma a nobis seu nostra auctoritate aut ab alio^q quovis emanassent seu in futurum emanarent, tales ex nunc pro infectis volumus haberi, quodque is, contra quem emanassent aut concesserint aut emanarent et in futurum concederentur, illis minime obedire teneatur, non obstantibus quibuscumque constitutionibus apostolicis et etiam cum decreto irritante, quorumcumque tenorem existant, in genere vel in specie per nos seu predecessores nostros concessis seu concedendis privilegiis vel indultis, de quibus ac totis tenoribus eorum specialis et expressa etiam de verbo ad verbum mentio in nostris litteris foret facienda nec non quarumcumque ecclesiarum statutis et consuetudinibus etiam iuramento, confirmatione apostolica vel quacumque alia firmitate roboratis ceterisque in contrarium facientibus quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum confirmationis, voluntatis, statuti, advocacionis, extinctionis, impositionis, collationis, provisionis, concessionis, cassationis, irritationis, annulationis, constitutionis, abolitionis, rehabilitationis, restitutionis, repositionis, remissionis, relaxationis, donationis, absolutionis, liberationis, ordinationis, intentionis, dispensationis, pollicitationis et indicationis

¹¹ Trier, Rheinland-Pfalz, Deutschland.

infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum. Datum Rome apud sanctum Petrum, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo quadragésimo sexto, septimo idus februarii pontificatus nostri anno sextodecimo¹³.

Bartholomeus Roverella¹⁴.

F. de Thomaselli¹⁵.

¹² Köln, Nordrhein-Westfalen, Deutschland.

¹³ 1446 Februar 7.

¹⁴ Bartholomeus de Roverella.

¹⁵ F. de Thomaselli.

^a Decernit - valere RV 365 Rubr.; Leipzig 176 Bulla concordatorum inter papam Eugenium et nationem Germanicam in exitu neutralitatis Maguntin.

^b consulatur Leipzig 176 consolatur

^c Germanie Leipzig 176 Germanice

^d millesimo quadringentesimo Leipzig 176 MCCCC

^e maiorum Leipzig 176 maiores

^f RV 365 folgt confirmationes

^g Basiliensis fehlt Leipzig 176

^h eorum fehlt Leipzig 176

ⁱ quocumque modo Leipzig 176 quacumque

^j vel - receperunt fehlt Leipzig 176

^k aliorum - nec non fehlt Leipzig 176

^l et inhabilitatis fehlt Leipzig 176

^m ab eis Leipzig 176 eorum

ⁿ transsumpta Leipzig 176 transsumpti

^o Leipzig 176 per omnia

^p eo firmius Leipzig 176 confirmius

^q alio Leipzig 176 aliquo

^r Bartholomeus - Thomaselli fehlt Leipzig 176

Reg. Lat. 335, fol. 140- (nicht kollationiert), mit Inserierung der Hauptverfügung; **Teildruck:** GÖLLER, Pönitentiarie 1/2 S. 127f. Nr. 27 (nach VL 3994, fol. 87 und und Ravenna, Bibl. Classense, Ms. 470); HOFMANN, Forschungen 2 S. 12 Nr. 45.

ME 45. Eugenius episcopus servus servorum Dei. ... Blasio¹ patriarche Hierosolimitan. et Cristoforo² episcopo Ariminensi, quod de cetero dicti bullatores habeant et teneant in loco officii bulle unum librum, qui vocetur liber extraordinariorum, in quo omnes et singule littere extraordinarie sive de gratia sive de iustitia sive hiis simul sive aperte sive quecumque clause sive in toto vel in parte „Gratis pro Deo“ aut de mandato seu curia expedite censeantur, ille videlicet omnes, que non sunt de integra taxa, et etiam, que non scribuntur nec computantur per notarium Camere apostolice et clericum registri bullarum ad hoc pro

¹ Blasius de Molino.

² Christophorus de Sancto Marcello.

tempore deputatos in dicto loco, antequam inde asportentur seu, si necessitas persuaserit saltem, antequam ipsi bullatores huiusmodi litteras aliis a se tradant et assignent, per manus illorum, quibus eas assignare solent, seu illius, quem ad hoc dicti collegium duxerint iuxta tenorem dictarum litterarum emanatarum ad beneplacitum eorum pro tempore deputandum, etiam extra dictum locum scribantur et computentur una cum veri emolumenti, quod exinde dictis bullatoribus provenire solet, expressione et ipsi bullatores, quantum exinde receperint, ipsis scribentibus dicere sint astricti. Summam tamen litterarum bullatarum de iustitia minori et eorum verum emolumentum dictis bullatoribus exinde proveniens nec non aliarum quarumcumque, quas procurator seu computator pro tempore officii Andientie contradictarum recipere solet totiens, quotiens eas receperit, in dicto libro manu propria conscribat et hoc absque eo, quod singulas illas bullas nominatim et singulariter scribere(t), sufficere declaramus, etiamsi ex illarum aut aliarum aliquibus litteris quibuscumque ipsis bullatoribus ex iure consuetudine aut alias nihil provenerit, nihilominus tamen simili modo in dicto libro nomina illorum, pro quibus sunt, et causa, quare gratis transeunt, scribantur, littere quoque quarumcumque provisionum cathedralium etiam metropolitanarum ac patriarchalium ecclesiarum monasteriorumque tam virorum quam mulierum licet per notarium et clericum predictos computate fuerunt, tamen in eodem libro extraordinariorum solum videlicet nomina illorum, pro quibus huiusmodi provisiones sunt, una cum vero emolumento dictis bullatoribus exinde proveniente similiter conscribantur. Quatinus in fine cuiuslibet lectionis dicti officii bulle in dicto libro extraordinariorum notarius seu clericus predictus scribat numerum dumtaxat litterarum bullatarum de taxa pro tunc expeditarum, ita quod in fine cuiuslibet mensis seu alias totiens, quotiens expediens fuerit, summarium omnium litterarum bullatarum in eodem mense expeditarum sciri possit, ac ipsi bullatores dictis collegio seu illi vel illis, quem vel quos iidem collegium ad hoc duxerint deputandum seu deputandos tam ordinariorum quam extraordinariorum libros huiusmodi exhibeant et ostendant ac tunc debita ratione previa et in scriptis in dicto libro extraordinariorum redacta ex tunc de emolumentis huiusmodi tertiam partem ei vel illis ipsi bullatores absque aliqua contradictione realiter cum effectu tradant et assignent, recipientes vero huiusmodi tertiam partem, si bullatores id petierint, in eodem libro extraordinariorum tantum quitantiam tam de ordinariis quam extraordinariis scribant manu propria, super aliis vero emolumentis iuribus et proventibus quibuscumque quomodocumque et qualitercumque ad ipsos bullatores pro tempore etiam non ratione litterarum bullatarum huiusmodi, tamen alias mediate vel immediate ratione dicti officii bulle convenientibus et in dictis libris non conscriptis ipsorumque tertia parte eis debita iidem collegium solo iuramento bullator-

um, quod ad quamcumque eorundem collegii simplicem requisitionem prestare sint astricti, plenam fidem adhibere teneantur nec ultra hoc quidquam ab eis exigere posse sive debere valeant. ... Datum ...³

Die inserierte Urkunde nach Göller (D fol. 87, R f. 300).

Eugenius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis collegii minorum penitentiariorum cappellanorum nostrorum curiam Romanam sequentium, salutem et apostolicam benedictionem. Devotionis vestre sinceritas promeretur, ut ea vobis favorabiliter concedamus, que vestris commoditatibus fore conspicimus oportuna. Cum igitur nos inter cetera stauerimus et ordinaverimus, quod vos in una domo simul et communibus expensis in futurum vivere debeatis, nos volentes vobis pro victu et statu vestro condecenter tenendo de alicuius subventionis auxilio providere, vobis, quamdiu in communi vixeritis, ut prefertur, tertiam partem omnium et singulorum emolumentorum, iurium et proventuum quoruncumque, que litterarum apostolicarum bullatores percipiunt pro tempore et percipere consueverunt de consuetudine vel de iure ex quibusvis litteris apostolicis gratiam vel iustitiam continentibus vel aliis litteris aut alias quoquomodo et ex quavis causa ratione officii bulle dictarum litterarum ad eorum manus pro tempore provenientium, auctoritate apostolica motu proprio ex certa scientia in perpetuum damus, concedimus et etiam assignamus, volentes, quod huiusmodi tertiam iurium, proventuum et emolumentorum partem vobis debitam ab eisdem, qui nunc sunt et pro tempore erunt, bullatoribus, quamdiu in huiusmodi communi vita permanseritis, auctoritate apostolica petere exigere et levare possitis ac eos et eorum quemlibet ad dandum et consignandum vobis vel a vobis deputando huiusmodi tertiam partem compellere et cogere valeatis. Nos ex nunc prefatis bullatoribus tenere presentium precipimus et sub excommunicationis pena, quam ipsos, si secus fecerint, eo ipso incurrere volumus, mandamus, quatinus huiusmodi tertiam partem vobis mense quolibet integre tradant et persolvant, ad quam solvendam efficaciter sint astricti. Concedimus insuper vobis, quod virum aliquem idoneum clericum deputare possitis ad executionem tertie partis prefate, qui etiam, dum fit lectio litterarum apostolicarum in loco bulle, interesse valeat et computa illorum videre, prout fuerit opportunum, constitutionibus apostolicis, statutis et consuetudinibus in dicta bulla hactenus observatis, quibus quoad hoc expresse derogare volumus, et aliis in contrarium editis non obstantibus quibuscumque.

³ 1435 Oktober 16. **Der Eintrag kassiert, mit folgendem (dem Sinn nach ergänzten) Randvermerk:** Cassata de mandato domini nostri pape per supp(licatio)nem in libro arrestorum registrata(m) ac bullam plumbo absciso et(iam) cassatam facto. An. de Adria.

Nulli ergo etc. Si quis etc. Datum Florentie, anno incarnationis Dominice MCCCCXXXV, XVII kalendas novembris pontificatus nostri anno quinto⁴.

⁴ 1435 Oktober 16.

RV 372 Rubr., fol. 9v; **Reg. Vat. 372, ca. fol. 278-** (Originalfoliierung) (keine Bild); Druck: \$\$\$.

CONCEDITUR BULLA CONTRA SIMONIAICOS GENERALITER^a.

ME 46. Eugenius etc.

eventuell identisch mit:

Bullarium diplomatum et privilegiorum sanctorum Romanorum pontificum Taurinensis editio Bd. 5, Turin 1860, S. 16f. Nr. 9.

Ad futuram rei memoriam. Cum detestabile scelus simoniace pravitatis ... Datum Rome apud S. Grisogonum, anno incarnationis dominice MCCCCXXXIV, XV kalendas iunii pontificatus nostri anno quarto.

^a Conceditur bulla contra simoniacos generaliter *RV 372 Rubr.*